
LIBRARY



ANNALES FULDENSES

SIVE

ANNALES

REGNI FRANCORUM ORIENTALIS

AB

EINHARDO, RUODOLFO, MEGINHARDO FULDENSIBUS

SELIGENSTADI, FULDAE, MOGONTIACI CONSCRIPTI

CUM

CONTINUATIONIBUS RATISBONENSI ET ALTAHENSIBUS.

POST EDITIONEM

G. H. PERTZII

RECOGNOVIT

FRIDERICUS KURZE.

ACCEDUNT

ANNALES FULDENSES ANTIQUISSIMI.

HANNOVERAE

IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI

1891.



PRAEFATIO.

De Annalibus Fuldensibus, qui dicuntur, uberius exposui 'Neues Archiv' XVII, p. 83—158, *cuius disputationis hic summam repetere satis habeo.*

Dividebantur adhuc in partes quinque, quarum una finitur in a. 838. *nota codicum Schlettstadensis, Havniensis, Monacensis marginibus adscripta* Huc usque Enhardus, *altera post a.* 863. *simili adnotatione eorundem codicum* Huc usque Ruodolfus, *tertia in a.* 882. *fine eorundem, quarta in a.* 887. *fine codicis Vindobonensis nr.* 615, *quinta iam ab a.* 882. *a quarta discedens fine ceterorum codicum ad a.* 901. *Ego ex tertia et quarta, quas eiusdem auctoris esse A. Rethfeld*[1] *demonstravit, unam feci, quintam autem, quae a prioribus multum differt*[2] *et Baiovariae tantum rationem habet, continuationum Baiovaricarum nomine signavi.*

Primae partis auctorem, quem monachum Fuldensem ignotum quendam alii existimaverunt, neminem nisi Einhardum illum Karoli et Ludowici I. imperatorum familiarissimum fuisse equidem persuasum habeo. Nam ut omittam eum etiam a monacho Kirschgartensi in Chronico Wormatiensi (v. infra) Einhardum dici, Enhardum et Einhardum idem nomen esse nunc quidem inter omnes constat. Quod autem tam multa in hac Annalium parte inveniuntur ad Fuldam spectantia, quae longe maximam partem ex Annalibus Fuldensibus antiquissimis aliisque subsidiis Fuldensibus petita sunt, ea re nihil efficitur nisi hoc, auctorem monasterio illi propinquum fuisse: eo vero, quod

1) *A. Rethfeld, 'Ueber den Ursprung des zweiten, dritten und vierten Theils der sogenannten Fuldischen Annalen', Halle* 1886; *cf. etiam a.* 869. *(p.* 68*)* more Catilino, *a.* 875. *(p.* 85*)* more Iugurthino, *a.* 882. *(p.* 98*)* more Achabico. 2) *Cum enim priorum partium auctores non solum Einhardi, sed etiam Taciti (cf. a.* 852.*) et Sallustii (a.* 869. *et* 875.*) scriptis studuisse et inde locutionem emendatam et Latinam percepisse constet (cf. Rethfeld l. l. p.* 11 *sq. et* 23*), quinta, quae dicebatur, stilo satis barbaro conscripta est, cuius exempla nonnulla attuli 'Neues Archiv' XVII, p.* 152 *sq.*

ad a. 828. *de translatis reliquiis S. Marcellini mentio fit et a.* 836. *imperatorem in itinere ab urbe Frankfurt ad Aquense palatium facto* ad sanctos Marcellinum et Petrum *venisse memoriae proditur, haec in monasterio Seligenstadensi scripta esse probatur. Quae optime convenire apparet in Einhardum Fuldensis coenobii alumnum, Hrabani abbatis familiarem, abbatem Seligenstadensem.*

Auctoribus usus est ab initio Annalibus Laurissensibus minoribus sive Chronico Laurissensi usque ad a. 804. *et annalibus quibusdam originis Baiovaricae, qui non iam exstant, usque ad a.* 796.*; quos ex Fredegarii Continuationibus, Annalium Laureshamensium et Mosellanorum auctore communi (usque ad a.* 785. *aut* 786.*), Annalibus Laurissensibus (maioribus) usque ad a.* 788.*, Libro pontificali, Willibaldi Vita Bonifatii, Pauli Gestis episcoporum Mettensium derivatos et Chronici Laurissensis, deperditi Annalium Mettensium fontis, Sithiensium, Fuldensium, Einhardi (qui falso dicuntur) Annalium, aliorum fundamentum fuisse probare studui. His deficientibus ab a.* 797. *Einhardus Annales Laurissenses sequitur, e quibus iam ab a.* 771. *nonnulla mutuatus est, eo videlicet exemplari amisso usus, ex quo codex Vindobonensis* 612 *(*6 *apud Pertzium) fluxit. Praeter hos tres ab a.* 741. *usque ad finem etiam Annalibus Sithiensibus usus videtur esse, sed non codice Sithiensi, a quo nomen acceperunt, usque ad a.* 823. *pertinente, sed archetypo amisso, quod haud scio an Blandinii ab ipso Einhardo conscriptum et etiam ultra illum annum continuatum fuerit. Nam non solum usque ad a.* 827. *praeter Annales Laurissenses eodem, quo usque ad a.* 823.*, scripto minore uti, sed etiam ab a.* 828. *ea, quae cum Laurissensibus et Bertinianis congruunt, non ex ipsis illis, sed ex interpositis his brevioribus videtur hausisse. Accedunt subsidia minora Annales Fuldenses antiquissimi, Eigilis Vita Sturmi, Hrabani Denotatio dedicationis ecclesiae (Poetae lat. II, p.* 205*), fortasse Vita Stephani II. papae, denique ipsius Einhardi Vita Karoli et Translatio sanctorum Marcellini et Petri.*

Ipse scriptor horum tot auctorum excerptis perpauca addidit, fortasse quod nihil agebat, nisi ut monasteriolo suo annales quamvis breves daret, quibus quotannis, ut alibi fiebat, memoratu dignissima quaeque inscriberentur. Atque hoc quidem ei non contigit, siquidem annales ibi non ultra pascha anni 839. *producti sunt*[1]*, sed id auctoritate nominis eius factum videtur,*

1) *Monachus enim Kirschgartensis archetypum eius inspexisse videtur; cf. infra.*

ut hi ipsi eligerentur, quibus rerum Ludowici regis scriptor annales suos orientalis regni maximos adnecteret.

Secundae partis auctor Ruodolfus *ille* Fuldensis coenobii presbyter et monachus *fuit a.* 865. *Mart.* 8. *mortuus, quem etiam Vitae S. Liobae (SS. XV), libri de miraculis sanctorum in ecclesias Fuldenses translatorum (SS. XV) Translationisque S. Alexandri (SS. II) partis prioris auctorem novimus. In hanc igitur partem nomen Annalium Fuldensium vel optime quadrat, quoniam scriptor, etsi eum annis* 847—859. *plerumque Mogontiaci habitavisse probabile est, tamen et antea et postea atque etiam inter hos annos saepius Fuldae versatus esse et omnia fere ibi videtur scripsisse. Tamen haec pars ita non sui tantum monasterii res spectat, ut regii potius Franciae orientalis annales dicendi sint. Nam scriptor cum regni regisque negotia vel maxime curat, tum ipso rege familiariter usus et ab illo eisque, qui circa illum erant, de omnibus, quae gerebantur, certior factus partibus regis semper favet; atque etiam hortatu illius videtur opus suum suscepisse auspiciisque eius perfecisse.*

Archetypum Rudolfi, cui Fuldae appendices quaedam ad annos 864. *et* 865. *pertinentes adiunctae videntur esse, periit, neque exempla eius exstant; sed a.* 897. *in Altahense monasterium perlatum a librario Altahensis codicis primo cum codice Ratisbonensi amisso collatum est.*

Tertiam operis partem a Meginhardo eodem, qui Translationem S. Alexandri a Rudolfo inceptam perfecit, Fuldensi monacho a. 888. *mortuo, inde ab a.* 869. *Mogontiaci conscriptam esse Rethfeld l. l. comprobavit. Hanc scriptor, etsi forsitan ipse appendices illas Rudolfi libro adiecerit, tamen non eidem codici adiunxit, sed totum opus de integro scripsit, fortasse propterea quod a Liutberto archiepiscopo in metropolim vocatus librum monasterii illuc auferre non potuit. Quo in transcribendo cum in annis* 856. *et* 863. *pauca mutavit, tum epistulas in fine additas praetermisit*[1] *et appendices paene totas in novas formas redegit, sed rationem scribendi ita in omnibus servavit, ut secunda pars et tertia usque ad a.* 882. *paene unius operis speciem praebeant. Quamquam enim Meginhardus non tam regis quam archiepiscopi auspiciis videtur scripsisse, tamen,*

1) *Has epistulas in archetypo secundae partis fuisse et verba* Scripturam autem utriusque partis quisquis curiosus scire voluerit, in nonnullis Germaniae locis poterit invenire *ab auctore tertiae pro eis posita esse, eius rei V. Cl. Bresslau hoc quoque argumentum benigne mihi suppeditavit, quod in fine anni* 876. *simili modo dicitur:* Cuius sacramenti textus theutonica lingua conscriptus in nonnullis locis habetur.

dum Liutbertus archicapellanus in aula regis summam rerum gerebat, utrumque pariter respicere potuit. Sed eadem re factum est, ut, simulatque ille munere suo privatus est, etiam annales statim regi favere desinerent. Propterea ab a. 882. *ratio operis ita immutatur, ut anni* 882—887. *alius auctoris esse visi sint, praesertim cum etiam codices nonnulli hoc loco finiantur. Tamen et hanc partem Meginhardo assignandam esse veri simillimum est; qui Ludowico minore mortuo, fortasse ut opus suum novo domino Karolo imperatori mitteret, videtur alterum sibi exemplar confecisse. Qua in re iterum nonnulla atque maxime in ea, quam ipse scripserat, parte mutavit. Prioris recensionis, quae in a.* 882. *desinit, exemplum est codex Schlettstadensis, alterius, quam scriptor usque ad a.* 887. *continuavit, unum exemplar iam a.* 882. *translatum Ratisbonae videtur continuatum esse, aliud, quod unum etiam nunc exstat, est codex Vindobonensis nr.* 615 *signatus.*

Continuationum Baiovaricarum prima Ratisbonae, ut diximus, exemplari secundae recensionis inde ab a. 882. *adiuncta est. Quae quousque perducta sit, quoniam et ipse codex periit neque exempla eius servata sunt, nescimus. A.* 897. *autem Altahae, ut videtur, ex hoc et Rudolfi archetypo tunc Fulda illuc allato tertia conglutinata est recensio, quae duabus continuationibus brevissimis eiusdem generis aucta in ipso codice Altahensi ad nostra tempora durat.*

Trium igitur recensionum exempla exstant, quarum singulae singulis codicibus nituntur, ex quibus ceteri omnes pendent. Sunt enim hi codices:

1) *codex Schlettstadensis nr.* 11 *ex bibliotheca Iohannis Fabri vicarii et presbyteri* († 1470), *saec. X. ineunte Wormatiae exaratus; quem V. Cl. H. Bresslau Argentorati mihi accuratissime contulit*[1]. *Exit in anno* 882. *verbis* extra civitatem facta; *ad a.* 838. *margini adscriptum est* Huc usque Enhardus, *similiter in fine a.* 863. Huc usque Ruodolfus.

Huius codicis inter a. 1464. *et* 1470. *Wormatia ablati exemplum quoddam ibi remansit, cuius haec duo sunt apographa:*

1a) *codex Havniensis inter Arne-Magnaeanos nr.* 830, *a.* 1496. *in monasterio Kirschgarten ex Wormatiensi transcriptus;*

1) *Cf. 'Neues Archiv' XVII, p.* 85—87, *ubi etiam exponitur, codicem non pro archetypo primae recensionis haberi posse; quibus argumentis idem vir humanissimus hoc addendum mihi permisit, quod ad a.* 875. *post verba* Interea Hludowicus Italiae imperator *(p.* 84*), ubi lacunam ab auctore relictam esse patet, in codice* 1 *nihil spatii intermissum est.*

1b) *codex* *Monacensis* *latinus nr.* 1226, *a.* 1540. *a Dietrico Reysachero doctore Ingolstadensi Wormatiae exaratus; utrumque ipse in bibliotheca Sundiensi magna ex parte contuli.*

2) *codex* *Vindobonensis* *nr.* 615 *saec. XI., qui usque ad a.* 887. *pertinet, unum secundae recensionis exemplum; quod quondam b. m. Pertz contulit, V. Cl. Herzberg-Fränkel multis locis denuo examinavit.*

3) *cod.* *Lipsiensis*, *olim* *Altahensis*, *Frehero* beneficio N. V. Marci Velseri *praebitus, a Ioh. Fr. Christio professore ordinario Halensi, postea Lipsiensi, a.* 1728. *emptus et in 'Noctibus academicis'* 1729, *nr.* 15. 29. 30 *descriptus, sed post mortem illius* († 1756) *denuo oblivione obrutus, donec in bibliotheca Lipsiensi a Naumanno bibliothecario inventus est; qui in 'Serapei' tomo I. lectiones eius publici iuris fecit. Est fundamentum tertiae recensionis, quam Altahensis quidam librarius ex archetypo Rudolfi et Ratisbonensi secundae recensionis codice ab a.* 882. *usque ad a.* 897. *continuato videtur composuisse, adiunctis duorum auctorum additamentis, quae usque ad a.* 901. *pertinebant*[1]. *Sed ex decem quaternionibus* 33 *folia perierunt, scilicet primum, quod vacuum manserat, quartus, sextus, septimus quaterniones integri (a.* 850—860. 869—881*), noni folia interiora quattuor (a.* 894. 895*) decimi quartum (a verbis* ad socios *in a.* 900*), quintum, sextum, octavum maxima ex parte vacua; clauditur igitur nunc in a.* 900. *mutilus, sed ultra a.* 901. *eum non pertinuisse codicibus ex eo derivatis demonstratur. Praeterea secundi quaternionis folia intima duo mature exciderunt, pro quibus alia (f.* 11 *et* 12*) iam saec. XI. inserta sunt ex aliquo secundae recensionis codice translata*[2].

Ex Altahensi hi codices derivati sunt:

3a) *fragmenta* *Monacensia* *duorum foliorum saeculi X. sub filis codicis latini Monacensis nr.* 15121 *(Rebdorfiani) inventa, quae ad annos* 820—845. *pertinent; contulit b. m. G. Waitz;*

3b) *fragmenta* *Bernensia* *nr.* 746 *saec. XI., unius quaternionis folia duo extrema, quae ad annos* 771—772. *et* 776. *spectant; ipse Halae contuli;*

3c) *codex* *Vindobonensis* *nr.* 451 *saec. XI. (apud Pertzium* 3*), qui totum opus continet; praesto mihi erat comparatio Pertzii a.* 1821. *facta, quam V. Cl. Herzberg-Fränkel pluribus locis complevit;*

1) *Duarum codicis paginarum (fol.* 25 *et* 43'*) imagines W. Arndt exhibet 'Schrifttafeln' (ed.* 2*) p.* 46. 2) *Pertinent a verbis* et patria pulsus *in a.* 808. *(p.* 17*) usque ad verba* deinde simili *in a.* 814. *(p.* 19*); intra hoc spatium codicem* 3* *signavi.*


3d) *codex* V a t i c a n u s *inter codices reginae Christinae nr.* 633 *saec. XI., qui desinit in verbis* pasca Radesbone mansit *in a.* 883., *ipse non mutilus, sed ex mutilo codice descriptus; contulerunt eum b. m. Heller et V. Cl. Holder-Egger.*

3e) *codex* B r u x e l l e n s i s *nr.* 7503—7518 *saec. XII. exeuntis, idem, qui etiam Thietmari chronicon, sed manu multo recentiore exaratum continet. Finitur eisdem verbis quibus* 3c *in a.* 901; *eas partes, quae codici* 3 *desunt, V. Cl. E. Ouverleaux Bruxellis mihi contulit;*

3f) *codex* A v e n t i n i *archetypus, qui inter Annales Altahenses etiam Fuldenses continet ex ipso Altahensi codice transcriptos. Cf. de eo Annalium Altahensium editionem alteram p. VI. VII.*

Codices 3b—e *ex uno exemplo codicis* 3 *fluxerunt antea scripto, quam folia* 11 *et* 12 *illius renovata sunt. Hoc nescio an codex* 3a *fuerit; quodsi is mutilus iam fuit, cum* 3d *ex eo transferebatur, necesse est codicem* 3e, *qui post illum exaratus est, ex alio quodam exemplari eius translatum esse ante* 3d *scripto. Aventini temporibus etiam nonus et decimus codicis Altahensis quaterniones mutili erant; quartus tamen, sextus septimusque etiam M. Frehero praesto fuerant, cuius editio hanc ob rem ad has lacunas explendas adhibenda est.*

Omnium igitur codicum manu scriptorum et eorum, qui etiamnunc exstant, et eorum, qui perierunt, quot quidem investigari possint[1], *stemma hoc est:*



1) *Alios fortasse quotlibet his interpositos fuisse minime nego.*

Praeterea anni 857. *partem incertum ex quo codice translatam Pertzius in primo folio codicis cuiusdam Lipsiensis saec. XII. (repos. I, nr.* 47*) invenit et inde ad editionem suam adhibuit; item ex 'codice sancti Trudonis' J. G. Eckhart in Commentarii de rebus Franciae orientalis tomo II, p.* 451 *partem anni* 856. *excerpsit, sed (cf. p.* 46*) ita cum codice Vindobonensi* 615 (2) *congruentem, ut 'aut eundem codicem aut ab eo proximum fuisse' iampridem Pertz (SS. I, p.* 342*) suspicatus sit. Fortasse ille hunc codicem cum altero Vindobonensi (*3c*) confudit, qui propter annum* 738. *sancti Trudonis dici poterat.*

E codice 3c *cum Petri Bibliothecarii, quae dicebatur, Historia Francorum abbreviata*[1] *tum Annalium Mettensium partes magnae inter annos* 838. *et* 858. *et una sententia anni* 867. (Iste Robertus — aequiparari potuissent) *fluxerunt; qui propterea non eam merentur curam, quam Pertz eis tribuit. At Monachus Kirschgartensis, qui in Chronico Wormatiensi circa a.* 1500. *conscripto ea, quae ad Wormatiam spectant, usque ad a.* 882. *omnia fere excerpsit, non solum codice Wormatiensi amisso (W), sed etiam ipsius Einhardi archetypo (E) usus videtur esse, quoniam non modo se 'libellum eius penes se habere' asseverat, verum etiam in fine anni* 838. *ante verba* Huc usque scripsit Einhardus *unam sententiam, quae in omnibus codicibus deest, exhibet (v. p.* 28*).*

Praeter hos Adamus Bremensis et Sigebertus Gemblacensis annales nostros adhibuerunt, eisdemque sed aliis auctoribus intercedentibus etiam Herimannus Augiensis[2], *Annales Hersfeldenses, Marianus Scotus, Annalista Saxo, Gobelinus Persona*[3] *usi sunt.*

Editiones meam hae antecesserunt:

1) *Petri Pithoei inter Annalium et historiae Francorum ab a.* 708. *ad a.* 990. *scriptores coaetaneos XII Paris. a.* 1588. *ex codice* 3d[4];

2) *Marqu. Freheri in prima parte Scriptorum rerum Germanicarum Frankofurti a.* 1600. *et denuo impressa a.* 1624. *ex editione Pithoeana et codice 3, cui quartus, sextus, septimus quaterniones tunc nondum deerant, quamquam nonus et decimus etiamtum mutili fuerunt;*

1) *SS. I, p.* 416—418. 2) *Herimannum ex annalibus maioribus Alamannicis, qui nondum exstant, paene omnia hausisse constat; illi autem non minus quam ceteri omnes, quos supra enumeravi, communi auctore annalibus quibusdam Fuldensis monasterii videntur usi esse, qui usque in saeculum decimum continuati etiam Continuatori Reginonis usui fuerunt.* 3) *Cf. A. Hagemann, 'Ueber die Quellen des Gobelinus Persona', Diss. Hal.* 1874. 4) *Quod primus G. Waitz cognovit ('Neues Archiv' II, p.* 330*).*

3) *A. Chesnii in Historiae Francorum scriptorum tomo II. Paris. a.* 1638. *ex ambabus illis conflata;*

4) *B. G. Struvii in Freheri Scriptoribus Argentorati a.* 1717. *denuo editis editio, annis* 882—887. *secundae recensionis*[1] *et fine operis ab a.* 900.[2] *aucta et ex editionibus propinquorum operum correcta;*

5) *M. Bouqueti in tomis II. V. VI. VII. VIII. Rerum Francicarum et Gallicarum scriptorum Paris. a.* 1757. *sqq., qui ultima lacuna, quae in annis* 894. 895. *remanserat, a Gentilottio e codice* 3c *expleta*[3] *primus plenum textum praebuit;*

6) *G. H. Pertzii in MG. SS. I, p.* 337—415, *qui primus in solis libris manu scriptis optimis textum constituere studuit; e quibus Vindobonenses ipse consuluit, Schlettstadensi autem curis Chr. M. Engelhardti Argentoratensis parum accurate collato et Altahensi, qui tunc latebat, e Christii adnotationibus usus est.*

Ad hanc editionem e stemmate supra constituto apparet solos codices 1. 2. 3 *adhibendos esse, nisi codici* 3 *aliquantae partes deessent annos* 850—860. 869—881. 894—895. 900—901. *complexae: quas ad supplendas etiam codices inde derivati Freherique editio conferenda sunt.*

Ipsorum autem librorum 1. 2. 3, *ubi inter se dissentiunt, qua ratione aestimanda sit auctoritas, iam exponamus. In prima alteraque partibus codici* 3, *cum a ceteris discrepat, plus tribuendum, quoniam ille, nisi mendum apertum est, e Rudolfi archetypo (R) hausisse existimandus est, cum hi lectionem ab auctore primae recensionis mutatam exhibere videantur. Ubi autem* 2 *et* 3 *pari modo a codice* 1 *differunt, hunc, nisi librarius palam erravit, primae recensionis, illos secundae textum exhibere verisimile est, ita ut contra solitum usum in ipso maiore numero semper minor insit auctoritas:* 2 *tamen, cum solus ceteris obstat, nullius auctoritatis est. In tertia parte* 1 *praevalet, quia ad archetypum primae recensionis redit; sed alterius quoque recensionis lectiones, quae codicibus* 2 *et* 3 *exhibentur, siquidem ea eiusdem auctoris est, in textum recipiendae sunt. Quod ita feci, ut ea, quae auctor postmodo addidit, secundum solitum morem uncis quadratis includerem, ea autem, quae in altera recensione omissa sunt, rotundis. Finis secundae recensionis ab a.* 882. *usque ad a.* 887. *in uno codice* 2 *exstat;*

1) *Quos Lambecius e codice* 2 *in Comment. de biblioth. Caes. Vind. II, c. V, p.* 345 *sqq. publici iuris fecerat.* 2) *Leibnitius ea, quae Frehero deerant, in Script. rer. Brunsvic. I, p.* 192 *e Bruxellensi, tunc Antwerpensi codice (3e) ediderat.* 3) *In Muratorii Rer. Ital. script. tomo II. parte II. p.* 119.

cuius lectiones ex usu scriptoris in prioribus annis observato corrigere studui. Similiter in continuatione Ratisbonensi, ubi menda codicis 3 cognoscere mihi visus sum, ea correxi; in Altahensibus autem continuationibus eum ut archetypum quam accuratissime reddidi, numeris quoque foliorum margini appositis.

Per totum librum numeros paginarum Pertzianae editionis in margine notavi, cuius etiam adnotationes plurimas retinui.

Denique viris humanissimis et doctissimis E. Dümmler, qui et hoc opus ipse mihi mandavit et assidue adiuvit, et H. Bresslau, qui non lectiones solum codicis Schlettstadensis accuratissime collati mecum communicavit, sed etiam plagulas inde correxit, itemque VV. CCll. Baier, Birket Smith, Hartwig, Riezler, Wustmann bibliothecarum Sundiensis, Havniensis, Halensis, Monacensis, Lipsiensis praefectis, quorum benevolentia mihi concessum est, ut codices Lipsiensem Halae, Havniensem et Monacensem Sundiae conferrem, necnon S. Herzberg-Fränkel et E. Ouverleaux, qui codices Vindobonenses et Bruxellensem aliqua ex parte mihi contulerunt, gratias ago maximas.

Scribebam Sundiae mense Augusto a. 1891.

F. KURZE.

CORRIGENDA.

P. 3 *n.* *) *pro voce* Karoli *lege* Karli.
p. 36 *lin.* 25 *lege* vassallo[x] *et*
ib. n. x) *adde* vasallo 1. 2.
p. 38 *lin.* 1 *lege* Gisalberto[c] *et*
ib. n. c) gisalberhto 3.
ib. lin. 13 *lege* Thachulfum[k] *et*
ib. lin. 28 *lege Rec. II.*
ib. n. k) thaculfum 1; *cf. p.* 49.
ib. n. 1) *lege* Ostfr. Reich.
p. 40 *n.* 3) *lege* in quo.
p. 43 *lin.* 15 *lege* Aquitaniorum[i] *et*
ib. n. i) aquitanorum 3.
p. 44 *n.* 4) *adde: Visbeccense (Boehmer, Fontes IV,* 498*) vir doctissimus videtur dicere; cf. etiam H. de Lerbeke, Chron. episc. Mind. apud Leibnitium, SS. rer. Brunsv. II, p.* 159.
p. 46 *lin.* 5) *lege* Rastiz[c] *et*
ib. n. c) rastizes 2; rastices 3*c. d. e.*
p. 48 *lin.* 23 *lege* oratorium.
p. 98 *n.* c) *lege* liutuuardus.

p. 343. # *ANNALIUM FULDENSIUM PARS PRIMA
(SELIGENSTADENSIS)
AUCTORE EINHARDO
A. 714—838.

GESTA QUORUNDAM FRANCORUM REGUM[a].

Pippinus[b, 1] filius Ansgisi*, dux Francorum, post mortem Wolfaldi ducis partem Austriae[c] regebat, obtinuitque[d] regnum Francorum per annos XXVII cum regibus Hludowico[e], Hildiberhto[f] et Dagaberhto[g]. Moritur anno secundo Anastasii imperatoris, qui est ab incarnatione Domini annus DCCXIIII. Huius filius Carlus[h] ex Alpheida[i], quam[2] posthabita priore coniuge Plichthrude[k] duxit uxorem, sub honore maiordomatus tenuit regnum Francorum annis XXVII. Chron. Laur. (Cont. Fred. 6). Chr. L.

DCCXV. Post[3] mortem Pippini Plichthrud[l] relicta eius vidua incomparabili odio contra Carlum[m] succensa custodia eum publica observari iubet. Unde ille divino auxilio liberatus primo[4] certamine contra Radbotum[n] regem Fresonum[o] pugnans, dum fortiter dimicat, magnum exercitus sui damnum consequitur. (A. Mett. 714). Chr. L. I, 1.

DCCXVI. Raginfridus[p] maior domus et Hilpricus[q] rex cum exercitu[r] fines Coloniensium[s] et regiones Rheno contiguas vastant[t] acceptisque a Plichthrude[u] muneribus revertuntur. ib. 2.

*) filii domni Arnolfi Mettensis civitatis antistitis gloriosi *add.* 3c.

a) G. Q. F. R. *des.* 2. 3. b) DCCXIIII. Pippinus 3. c) austrie 3. d) optinuitque 1. 2. e) hludawico 2; hlodawico 3. f) hiltiberto 1. 2. g) dagoberto 1. 2. h) carolus 1. 2. i) albheida 3. k) plidthrude *codd.* l) plidthrud 1. 2; plidthruđ 3. m) karolum 1. 2. n) ratbotum 1; radbodum 2. o) fresorum 3. p) reginfredus 1. 2. q) hilpericus 1. 2. r) exertitu 3. s) colonensium 2. 3. t) vastans 1. u) blidthruda 1. 2; ab liudthruda 3.

1) Pippinus — DCCXIIII. *ex Chronico Laurissensi (Ann. Laur. minoribus), quod post Pertzium (SS. I, p.* 112—123*) denuo ed. G. Waitz, 'Sitzungsberichte der Berliner Akademie'* 1882, 399—415. 2) quam — uxorem *ex Annalibus quibusdam (Baioaricis) nunc amissis, olim circiter ab a.* 687. *usque ad a.* 796. *pertinentibus; de quibus cf. praefationem.* 3) Post — liberatus *ex Annalibus eisdem amissis; e quibus alii derivati sunt, quos in monasterio S. Dionysii ortos esse Pückert ('Berichte d. Verh. d. Gesellsch. d. Wiss. zu Leipzig',* 1884, *p.* 106—190*) probavit, magna ex parte in Mettensibus (SS. I et XIII) servati.* 4) primo — consequitur *ex Chron. Laur. I,* 1 *(i. e. Karli anno* 1*).*

Chr. L. I, 3. DCCXVII. Raginfridus[a] et Hilpricus[b] rex in Vinciaco die dominica ante pascha cum Carlo[c] pugnantes terga[d] vertunt[e]; quos Carlus[f]
(A. Mett. 718). fugientes[g] cedendo persequitur usque Parisios. His temporibus Winfridus[h], qui et postea, cum episcopus ordinaretur, Bonifacii nomen accepit, doctor catholicus natione[i] Anglus primum Romam, deinde cum auctoritate Gregorii papae[k] in Franciam[l] ad praedicandum[m] verbum Dei venit.

Chr. L. I, 4. DCCXVIII. Karlus[f] victor regrediens Coloniam venit receptisque a Plichthrude[n] thesauris patris sui regem sibi constituit Hlotharium[o]
ib. 5. nomine, non potestate. Hilpricus[b] et[p] Raginfridus[a] auxilio Eudonis ducis Aquitaniorum instaurata rursus acie superati fugantur a Carlo[c].

ib. 6. DCCXVIIII. Karlus[f. 1] ad Eudonem mittit et Hilpricum[q], qui ad eum confugerat, per legatos recipit[r]. Quo tempore Hlotharius
(A. Mett. 718). rex mortuus est. Bonifacius vir sanctissimus a praesule sedis apostolicae Gregorio Mogontiacae[s] civitati, metropoli Germaniae, *archi- *p. 344.
episcopus ordinatur et legatus Germanicus Romanae[t] aecclesiae in Franciam[l] mittitur. Qui praedicatione sua multos populos, Thuringorum videlicet, Hessiorum et Austrasiorum, ad fidem rectam, a qua diu aberraverant, convertit, monasteria quoque monachorum et virginum primus in partibus Germaniae[u] instituit[v].

ib. 6. DCCXX. Mortuo Hilprico[w] Carlus[f] Theotricum[x] in sedem regni constituit.

ib. 7. DCCXXI. Karlus[f] Raginfridum[y] persequens[z] Andegavis civitatem capit[a]; postea Saxones vastando victor regreditur.

ib. 8. DCCXXII. Karlus[b] Alamannos et Baioarios armis subegit.

ib. 9. (731). DCCXXIII. Iterum[1] Alamanni et Norici* pacis iura temerare nituntur.

ib. 10. DCCXXIIII. Karlus[b] transito Ligere Eudonem fugat vastata et incensa regione eius.

ib. 11. DCCXXV. Sarraceni ab Eudone in auxilium suum vocati cum rege suo Abdirama Garonnam Burdigalemque perveniunt cunctis locis vastatis[3] et aecclesiis[c] igne crematis; basilicam quoque sancti Hilarii Pictavis incendunt.

ib. 12. (732). DCCXXVI. Karlus[d] Sarracenis cum manu valida occurrens et auxilio Dei fretus regem eorum cum infinita multitudine prostravit devictisque hostibus cum triumpho regreditur.

*) *In cod.* 3. *manus s. XI. inter lineas addidit* baioarii *et in margine:* Nota alamannos hic solum sueuos appellari.

a) reginfredus 1. 2. b) hilpericus 1. 2. c) karolo 1. 2. d) contra 2. e) verterunt 3. f) karolus 1. 2. g) fugentes 3. h) uuynfridus 1. 2. i) nacione 1. k) pape 3. l) frantiam 3. m) predicandum 1. n) plidthruda 1. 2; ab liudthrude 3. o) hlodharium 3. p) vero et 2. 3. q) hilpericum 1. 2. r) recepit 3. s) moguntiacae 2. t) romane 3. u) germanie 3. v) constituit 1. 2. w) hilperico 1. 2. x) thiotricum 3. y) reginfredum 1. 2. z) presequens 2. a) cepit 2. b) karolus 1. 2. c) eccl. 3. d) karolus 1. 2; Karalus 3.

1) Mortuo Chluthario rege Karlus — recipit *Chr. Laur.* 2) Per idem tempus Eudo — nititur *Chr. Laur.; quae verba in eo, quo noster usus est, exemplari exstincta videntur fuisse, ita ut pro* Eudo *legeret* eidem. *Ceterum omnia, quae ad a.* 723—725. *narrantur, uno anno* 731. *facta sunt.* 3) cuncta vastantes, ecclesias igne crematis *Chr. Laur. secundum editiones; ubi* vastatis *legendum esse equidem crediderim.*

DCCXXVII. Karlus[a] Burgundiam petens Lugdunum et civitates Chr. L. I, 13.
reliquas suae dicioni[b] subegit. (733).
DCCXXVIII. Eudo dux moritur et Carlus[a] Aquitaniae provin- ib. 14.
ciam[c] absque bello recepit[d]. (735).
DCCXXVIIII. Karlus[a] navali evectione regnum Fresonum[e] in- ib. 15.
greditur interfectisque quamplurimis Popponem ducem eorum (734).
interemit subversisque lucis et fanis victor cum praeda magna revertitur.
DCCXXX. Sarraceni[1] collecto exercitu[f] Avinnionem urbem ib. 16.
capiunt et circumquaque regiones devastant. (737).
DCCXXXI. Karlus[a] adsumptis[g] armis urbem Avinnio- ib. 17.
nem[h] obsidione vallat instructisque machinis capiens magnam Sarracenorum stragem efficit.
DCCXXXII. Karlus[a] Gothorum fines penetrans Narbonam ob- ib. 18.
sidet, rege Sarracenorum Athima[i] intus incluso.
DCCXXXIII. Sarraceni de Hispania[k] audientes urbem obses- ib. 19.
sam armati superveniunt; contra quos Carlus[a] dimicans regem cum ib. 20.
populo usque[2] ad internitionem[l] delevit. (A. Mett. 737).
DCCXXXIIII. Sarraceni[3] a Carlo[m] in bello superati; ib. 20.
qui gladium effugere poterant, ascensis navibus dimersi sunt in mari.
DCCXXXV. Franci Carlo[m, 3] duce Sarracenos proterunt, ib. 21.
praedam[n] magnam ducentes et captivorum multitudinem.
DCCXXXVI. Regionem Gothicam Carlus[a] cum Francis in- ib. 22.
345. grediens urbes famosissimas *Nemausum, Agatem et reliqua castella[o]
capit, destructis muris et moeniis[p, 4] earum usque ad fundamenta.
DCCXXXVII. Carlus[a] Saxones tributarios fecit[q]. ib. 23.
DCCXXXVIII. Carlus[a] regionem Provinciam[r] ingressus Mau- ib. 24. 25.
rontum ducem, qui dudum Sarracenos per dolum invitaverat, fugere compulit*.

*) Huius[5] Karoli dampnationis meminit Ingmarus in prologo Vitae beati Remigii, quam nos de alia hystoria assumentes addidimus isti; ut scriptura dicit: *Qui reddit mala pro bonis, non recedet* Prov. 17, 13.
malum de domo eius. Quod vero de[s] Rigoberto in episcopatu violentia crudeli deposito[t] et de aliis rebus aliarum fecit ecclesiarum, iusto Dominus iudicio reddidit in caput Karli Martelli eius filioli, sicut antiquorum veridica constat scriptura[u] huiusmodi relatione. Sanctus Eucharius Aurelianensium episcopus, qui in monasterio sancti Trudonis requiescit, in oratione positus ad alterum est seculum raptus et inter cetera, sibi quae Domino

a) Karolus 1. 2. b) sue ditioni 3. c) provintiam 3. d) recipit 2. e) fresorum 3. f) exertitu 3. g) ass. 1. 2. h) avennionem 3. i) *deest* 1. 2. k) ispania 3. l) internetionem 2. m) karolo 1. 2. n) predam 1. o) *deest* 2. p) męniis 2. q) facit 2. 3. r) provint. 3. s) dī *c.* t) dēpto *c.* u) scriptum *c.*

1) *Ea, quae de a.* 730—736. *dicuntur, omnia ad a.* 737. *spectant.* 2) usque — delevit *ex Annalibus illis amissis; cf. Mett.* 737. 3) Sarr. — superati *et* Carlo — proterunt *iterationes rei narratae; a.* 732—735. *ad eandem pugnam apud Birram fluvium factam pertinent.* 4) et reliquas capiunt destructis moeniis *Chron. Laur.; sed* muros et moenia destruens suburbana et castra illius regiones vastavit *Cont. Fred.* 20. *Quamobrem hoc quoque loco nostrum Annalibus illis amissis usum esse veri simile est.* 5) *Ex concilio Carisiacensi a.* 858. *apud Bouq. T. III, p.* 659. *P.; cf. Dümmler, 'Ostfr. Reich' I, p.* 437 *sq.*

Chr. L. I, 25. (A. Mett.) DCCXXXVIIII. Carlus[a].[1] Provinciam[b] totam et cuncta eius loca maritima suae[c] dicioni subegit.

ib. 26. (A. Mett.) DCCXL.[d] Pax[2] et quies regno Francorum per Carlum[e] redditur ad tempus, Gothis[f] superatis, Saxonibus et Fresonibus subactis, expulsis Sarracenis, Provincialibus[b] receptis.

A. Sith. (Mett.) DCCXLI. Carlus[a] anno regni[g] sui XXVII.[3] moritur Carisiaci et apud sanctum Dionisium sepelitur. Cuius filii Carlomannus[h] et Pippinus sub obtentu[i] maiordomatus totius Franciae[k] regnum suscipiunt et inter se dividunt.

Chr. L. II, 1. (A. Mett.) DCCXLII. Karlomannus[h] et Pippinus[l] Hunaldum[m] Aquitaniae[4] ducem imperio suo resistentem bello superatum ad Wascones ib. 2. fugere compellunt; simul et Alamannos duce Theotbaldo[n] rebellare[o] temptantes mira celeritate comprimunt.

A. Sith. 742. DCCXLIII. Karlomannus[h] et Pippinus[l] Odilonem[p] ducem Baioariorum[q] rebellare conantem proelio[r] superant.

A. Sith. V. Sturmi 12. 13. DCCXLIIII. Karlomannus[h] cum Odilone[s] duce Baioariorum pacem facit*. His temporibus fundari coeptum[t] est Fuldense coenobium[u] a sancto Bonifacio in solitudine Bochonia[v].[5]

donante conspexit, vidit hunc Karlum in inferno inferiori torqueri. Cui interroganti ab angelo eius ductore responsum est, quia sanctorum iudicatione, qui in futuro iudicio cum Domino iudicabunt quorumque res abstulit et divisit, ante illud iudicium anima et corpore sempiternis poenis est deputatus et recepit cum suis peccatis poenas propter peccata omnium, qui res suas et facultates in honore et amore Domini ad Sanctorum loca luminaribus divini cultus et alimoniis servorum Christi ac pauperum pro animarum suarum redemptione tradiderant. Qui in se reversus sanctum Bonefacium et Fulradum, abbatem sancti Dionisii et summum capellanum regis Pippini, vocavit eisque talia dicens signum dedit, ut ad sepulchrum eius irent et, si corpus eius ibidem non repperissent, ea, quae dicebat, vera esse crederent. Ipsi autem pergentes ad sepulchrum, ubi corpus ipsius humatum fuerat, sepulchrumque eius aperientes, visus est subito exisse draco et totum illud sepulchrum inventum est denigratum, ac si fuisset exustum. Hoc ideo scriptum est, ut omnibus legentibus nota fieret eius iusta dampnatio, per quem facta est rerum ecclesiasticarum iniusta ablatio *add.* 3c.

*) *In marg. cod.* 3. *manus saec. XIII. add.:* Odilo dux; ab hoc Altach fundatur monasterium anno Domini DCCXLo primo.

a) Karolus 1. 2. b) provint. 3. c) sue ditioni 3. d) DXL. 3. e) karolum 1. 2. f) gothonis 3. g) ducatus 2. h) carlm. 3. i) sub optentu 1; s. obtentū 3. k) frantie 3. l) pipinus 3. m) hunaltum 1. 2. n) thiotbaldo 1. 2. o) repellare 3. p) ǒdilonem 2. q) baioariorum ducem 1. r) prȩlio 1; prelio 3. s) odelone 1. t) ceptum 3. u) cenobium 1, 3. v) boconia 3.

1) cunctam Prov. et mar. illa l. s. d. s. *Chron. Laur.;* totaque Provincia usque ad litus maris peragrata *Ann. Mett.* 2) Carlus Gothos superatos — Provinciales receptos regnum Francorum feliciter possidens *Chron. Laur.;* interiora regni sui cum pace disponens *Ann. Mett.* 3) rexitque populum Francorum annis XXVI, mensibus VI. *Ann. Mett.* 4) *Ex Annalibus amissis;* Hunaldo Karolus princeps Aquitaniorum ducatum tribuit, . . . germani Aquitaniam vastant, fugientem Hunaldum persequentes *Ann. Mett.* 5) *Ex Eigilis Vita Sturmi (SS. II), c.* 12. *et* 13*; cf. Ann. Fuld. antiqu.*

.346. *DCCXLV. Karlomannus[a] et Pippinus[b] simul Saxonum perfidiam A. Sith.
vastata eorum regione ulciscuntur et[1] castrum Ohseburg capiunt. Chr. L. II, 4.
DCCXLVI. Karlomannus[a] Alamannos iterum res novas molientes A. Sith.
nonnullis eorum interfectis compescuit. Bonifacius[2] archiepiscopus
cum auctoritate sedis apostolicae annuente Karlomanno[c] duas (Chr. L. II, 5).
sedes episcopales constituit, unam in castro Wirziburg, ubi Burghar- (ib. 6).
tum[d] collegam suum ordinavit episcopum[e], alteram in loco, qui
vocatur Eihstat[f], cui Willibaldus episcopus ordinatus est.
DCCXLVII. Karlomannus[a] relicta, quam tenebat, potestate Romam A. Sith.
vadit ibique mutato habitu religiose victurus in Casinum ad sanctum Bene-
dictum secedit et[3] monachus efficitur. Chr. L. II, 7.
DCCXLVIII. Gripho frater Karlomanni[a] et Pippini potestatem A. Sith.
quandam affectans ad Saxones se contulit. Pippino vero per Thurin- Chr. L. II,
giam[g] ingresso Saxoniam super fluvium Obacra[h, 4] in loco, qui dicitur 7. et 8.
Horoheim, Saxones occurrentes Griphonem cum eo pacificare cupientes. ib. 9.
Gripho autem nec Saxonibus nec Francis se credens in[5] Baioariam fugit. (A. Mett. 749).
DCCXLVIIII. Pippinus[b] in Baioariam pergens Tassilonem ne- Chr. L. II,
potem[6] suum natum ex Hiltrude[i] sorore sua ducem ibi constituit 10. et 9.
Griphone et Lantfrido inde eductis*.
DCCL. Pippinus Griphoni in partibus Niustriae[k] duodecim comi- ib. 11.
tatus[l] dedit, sed ille nec ibi se tutum esse ratus ad Weifarium[m]
ducem Aquitaniae[n] secessit.
DCCLI. Pippinus missa Romam legatione Zachariam papam[o] inter- ib. 12.
rogat de regibus Francorum ex antiqua Meroingorum[7] stirpe descen-
dentibus[p]; qui reges quidem dicebantur, sed potestas regni tota
apud maiorem domus habebatur, excepto quod chartae et privilegia
regis nomine scribebantur; et[8] ad Martis[q] campum, qui rex dice-

*) *In margine cod.* 3. *add. man. s. XIII.:* Tassilo dux Chiemsinum et Porich fundavit et Phaffimuenster prope Genabum.

a) Carlm. 3. b) Pipinus 3. c) carlom. 1; carlm. 3. d) burchartum 1. 2. e) *deest* 2. f) eichstat 2. g) thuringeam 3. h) obarcra 2. i) hiltruda 1. 2. k) neustriae 1. 2. l) commitatus 2. m) uueipharium 1. 2. n) equitaniae 2. o) papē 3. p) descendentium *codd.* q) et martis 3.

1) et castrum Ohseburg capit *Chron. Laur.* 2) Bonifacius — est *ex eodem videlicet fonte, unde res de illo a.* 717. 719. 754. *relatae petitae sunt. Quarum ultima origo in Willibaldi Vita Bonifacii (ed. Pertz, SS. II, p.* 331 —353; *Jaffé, Bibl. III, p.* 422—471*) invenitur; sed ea ipsa auctorem nostrum usum non esse consentaneum est, propterea quod a.* 717. *et* 719. *cum Ann. Mett., a.* 754. *cum Chron. Laur. ad verbum convenit; ex quo consequitur haec omnia Annalibus illis amissis esse tribuenda.* 3) et mon. eff. *ex Chron. Laur.* 4) Hobacar *Chron. Laur.;* Obacra *Ann. Mett.* 5) in Baioariam confugit *Ann. Mett.* 6) Hiltrudem sororem Pippini cum Tassilone filio parvulo *Chron. Laur. II, p.* 9. 7) *Einh. Vita Kar.* 1: Gens Meroingorum . . . sed opes et potentia regni penes palatii praefectos, qui maiores domus dicebantur, tenebantur. *Fortasse haec omnia ex Annalibus illis amissis communi Chronici Laur. et Vitae fonte hausta sunt.* 8) *Ibidem:* Quocumque eundum erat, carpento ibat, quod bubus iunctis et bubulco rustico more agente trahebatur. Sic ad palatium, sic ad publicum populi sui conventum, qui annuatim ob regni utilitatem celebrabatur, ire, sic domum redire solebat. At regni administrationem et omnia, quae vel domi vel foris agenda ac disponenda erant, praefectus aulae procurabat.

Einh. V. Kar. 1. batur, plaustro bubus trahentibus vectus atque in loco emi-
nenti sedens semel in anno a populis visus publica dona sol-
lemniter sibi oblata accipiebat, stante coram maiore domus et,
quae[a] deinceps eo anno agenda essent, populis adnun-
tiante; sicque rege domum redeunte cetera[b] regni negotia
maior domus administrabat[c]. Orat ergo sibi decerni, quis
eorum iuste rex debeat dici et esse, is, qui securus domi
sedeat[d], an ille, qui curam totius regni[e] et omnium nego-
tiorum molestias sufferat.

Chr. L. II, 12. DCCLII. Zacharias papa ex auctoritate sancti Petri apostoli man-
dat populo Francorum, ut Pippinus, qui potestate regia utebatur, nominis
A. Sith. et Chr. L. II, 12. quoque dignitate frueretur. Ita[1] Hildricus[f] rex, qui ultimus
Meroingorum Francis imperavit, depositus et in monasterium missus
est, Pippinus vero in civitate Suessionum a sancto Bonifatio[g] archi-
episcopo in regem unctus[h] regni honore sublimatus est.

A. Sith. DCCLIII. Pippinus iterum Saxonum perfidia provocatus regiones
Chr. L. II, 13. eorum devastat. In[2] qua expeditione Hildigarius[i] Colonensis[k] episcopus a
A. Sith. Saxonibus interimitur. Gripho frater Pippini, cum Italiam petere
Chr. L. II, 14. conaretur, in[3] valle Maurienna a comitibus fratris sui occisus est.
ib. 15. et A. Sith. Stephanus papa Romanus auxilium contra Haistulfum[4] regem Lango-
bardorum[l] petens ad Pippinum in Franciam[m] venit; a quo honori-
V. Steph. Chr. L. II, 16. fice susceptus apud Parisios duos filios eius Carlomannum[n] et
Carlum[o] unxit in reges.

A. Sith. et Chr. L. II, 17. *DCCLIIII. Bonifatius[p, 5] archiepiscopus Mogontiacensis[q] aeccle- *p. 347
siae[r] evangelizans[s] genti Fresonum verbum Dei martyrio[t] coronatur anno
episcopatus sui XXXVI., die quarto mensis Iunii. Post quem
A. Sith. et V. Steph. Lullus in[u] cathedra[v] eius sedit annos[w] XXXII. Carloman-
nus[x, 6] frater Pippini[y] cum consilio[z] Haistulfi regis Lango-
bardorum[l] in Franciam[a] veniens ad persuadendum[b] fratri, ne
exercitum[c] in Italiam duceret, non post multos dies Lugduni[d]
Chr. L. II, 18. vita decessit. Pippinus vero Italiam ingressus Haistulfum

a) que 3. b) caetera 2. 3. c) amministr. 2. d) sedebat 1. 3. e) regni totius 3. f) hildericus 1. 2. g) bonifacio 1. 2. h) untus 3. i) hiltigarius 2. k) coloniensis 2; colonensis 1. 3. *Chron. Laur.* l) longobardorum 1. 2. m) frantiam 1; fratiam 3. n) carolom. 2; carlm. 3. o) karolum 1. 2. p) Bonifacius 1. 2. q) mogon . . ciensis *erasis duabus litteris* 1; magont. 3. r) ęclesiae 3. s) ewangelizans 3. t) martirio 1. 3. u) *deest codd.* v) cathedram 1. 3. w) annis 1. 2. x) carlm. 3. y) pipini 1. z) consolio 3. a) frantiam 3. b) supersuad. 3. c) exertitum 3. d) lucduni 3.

1) Ita et factum est per unctionem sancti Bonifacii archiepiscopi Suessionis civitate . . . Hildricus . . . in monasterium mittitur *Chr. Laur.* 2) In qua expeditione Hildigarius *Ann. Einhardi, qui dicuntur,* Hildigarius — interimitur *Chr. Laur.; quapropter utrumque ex Annalibus amissis fluxisse suspicor.* 3) In v. M. *ex Chr. Laur., cetera ex Ann. Sith.* 4) contra Langobardos *A. Sith.;* adversus Heistulfum regem *Chr. Laur.;* ad Pippinum *Chr. Laur., cetera ex Ann. Sith.;* apud monasterium beati Dionisii *Vita Stephani II. (L. Duchesne, Le liber pontificalis* 1886*) c.* 23*;* duos — reges *ex Chr. Laur.* 5) *Cf. supra a.* 746*;* Bonifatius Mogontiacensis archiepiscopus in Frisia martyrio coronatur *Ann. Sith.* 6) Carlomannus Pipp. fr. Lugduni diem obiit *Ann. Sith.;* nefandissimus Aistulfus Carolomannum fratrem benignissimi Pippini . . . Franciae provinciam ad obiciendum atque adversandum causae redemptionis sanctae Dei ecclesiae et reipublicae Romanorum direxit *Vita Stephani (ed. Duchesne) c.* 30.

superatum et Papiae inclusum obsides dare et res sancti Petri reddere sacramento constringit[a]. Stephanus[1] papa duce Hieronimo fratre Pippini Romam revertitur. Chr. L. II, 19. V. Steph.

DCCLV. Haistulfus sacramenta mentitus collecto exercitu Romam inpugnando circumdat, omnia extra urbem ferro et igne devastans. Cuius[2] rei nuncium[b] pontifex marino itinere missis legatis Pippino insinuat, deprecans et obtestans, ne coeptum[c] opus, quod sancto Petro promiserat, inperfectum relinqueret. (A. Mett.) V. Steph.

DCCLVI. Iterum[3] Pippinus Italiam ingreditur[d], Haistulfum Papiae[e] inclusum obsidet, Ravennam cum Pentapoli reddere conpellit et per Folratum missum suum sancto Petro apostolo et Stephano papae[f] vicario eius tradidit[g]. Chr. L. II, 20. V. Steph.

DCCLVII. Haistulfus[4] in venatione quadam equo lapsus regnum cum vita perdidit. Constantinus imperator Pippino[h] regi inter cetera munera etiam organum mittit. A. Sith. et Chr. L. II, 21. A. Sith.

DCCLVIII. Pippinus[h] Saxonibus superatis tributum inposuit[i], ut trecentos equos singulis annis sibi solverent. Chr. L. II, 22.

DCCLVIIII. Waipharius[k, 5] dux in Aquitania tirannidem exercens pressuras ecclesiarum[l] Dei movet[m], depraedationes et iniustitias[n] multas facit. ib. 23.

DCCLX. Pippinus Waipharii[k] ducis stultitia[o] permotus ducto in Aquitaniam exercitu[p] iustitias[q] ecclesiarum[l] Dei facere rennuentem[r] rerum iniuste ablatarum restitutionem promittere sacramento coegit. ib. 23.

DCCLXI. Waipharius[k, 6] iuramenta mentitus Pippino molestus efficitur, ferro et igni[s] cuncta vastando Cavillionem[t] usque pervenit Pippinumque[7] sibi[u] cum suis occurrere conpulit[v]. ib. 24.

DCCLXII. Pippinus cum Carlo[w] filio Burbonem, Cantelam, Clarmontem aliasque civitates et castella pugnando capit; aliisque quamplurimis eius dominatui[x] subiectis etiam Beturicam[y] expugnat. ib. 24. (761). 762.

DCCLXIII. Tassilo nepos Pippini[z] de exercitu[p] regis se subducens ad Baioarios secessit. ib. 25.

a) constingit 3. b) nuntium 2; nucium 3. c) inceptum 3. d) ingressus 3. e) papie 3. f) pape 3. g) tradit 3. h) pipin. 3. i) imp. 1. k) waphar. 3. l) aeccl. 1. 2. m) movit 2. n) iniusticias 2. o) stulticia 1. 2. p) exertitu 3. q) iusticias 1. 2. r) renuentem 1. 2. s) igne 1. 2. t) cabillionem 2. u) *deest* 1. v) comp. 1. w) karolo 1. 2. x) dominatiui 3. y) betruricam 1. z) pipini 1.

1) Stephanus papa Romam revertitur *Ann. Sith., Chr. Laur.;* dirigensque cum eo . . . rex . . . fratrem suum Hieronimum *Vita Stephani c.* 39. 2) pontifex per marinum iter suos ordinans et ad eum in Franciam dirigens missos . . . adiurans eum . . . cuncta, quae beato Petro pollicitus est, adimplendum *Vita Stephani c.* 42. 3) Iterum Haistulfus . . . obsessus est *Ann. Sith.;* Pipp. in It. proficiscit, Heistulfum P. i. obsedit et, ut res sancti Petri redderet, sacramento constringit, Rav. c. Pent. sancto Petro tradidit *Chr. L. II,* 20; Fulradus venerabilis abbas apostolo et eius vicario sanctissimo papae . . . tradidit *Vita Stephani c.* 47. 4) Haist. — equo *ex Ann. Sith.;* Heistulfus in ven. equo — perdidit *Chr. Laur.* 5) *Haec, 'tantum ne annorum series rumperetur', ex eo, qui sequitur, anno anticipata esse Pertz (SS. I, p.* 338*) recte vidit.* 6) Weiferus sacram. ment. vast. et depopulando usque Cav. perv. *Chr. Laur.* 7) Pipp. — conpulit *ex duplicatione verborum sequentium orta.*

Chr. L. II, 25 et A. Sith. DCCLXIIII. Hoc[1] anno contigit hiems[a] valida et praeter solitum prolixa.

Chr. L. II, 26. A. Sith. DCCLXV. Hruodgangus Mettensis[b] urbis archiepiscopus corpora sanctorum Gorgonii, Naboris et Nazarii a Paulo Romanae sedis apostolico de[2] Roma in Franciam[c] transtulit[d].

Chr. L. II, 26. DCCLXVI. Corpus sancti Gorgonii conditum est in monasterio, cui vocabulum est *Gorzia, sancti vero Naboris in alio monasterio, quod *p. 348.
dicitur Nova-cella, Nazarii[e] autem in monasterio Lauresham[f], quod est in Germania[3]; in quibus locis miraculis vivunt et gloria.

A. Sith. DCCLXVII. Lemovica Aquitaniae[g] Pippino expugnante capta est.

Chr. L. II, 27 et A. Sith. DCCLXVIII. Pippinus interfecto[4] Waiphario et omni Aquitania subacta rediens apud Parisios VIII. Kal. Octobr. diem obiit anno aetatis[h] LIIII.; filiique eius Carlus[i] et Carlomannus[k] infulas regni suscipiunt.

Chr. L. III, 1. DCCLXVIIII. Carlus[i] cum fratre Carlomanno[k] Hunoldum[l] in Aquitania rebellare et imperio suo resistere conantem bello superatum capit[m].

A. Sith. DCCLXX. Berhta[n] regina filiam Desiderii, regis Langobardorum[o], Carlo[p] filio suo coniugio sociandam[q] de Italia adduxit.

ib. et Chr. L. III, 2. DCCLXXI. Karlomannus[k] rex decessit II. Non. Decembr. in villa Salmuntiaco[r], sepelitur Remis; uxor eius et filii in Italiam pergunt.
A. Laur. Carlus[i] habita synodo[s] in Valentianas Corbanacum[t] venit, ubi omnes episcopos, abbates, comites et duces, qui fuerunt fratris[u] sui, ad se venientes suscepit[v], exceptis paucis, qui cum uxore Carlomanni[w] perrexerunt.

A. Sith. DCCLXXII. Carlus[i] Saxoniam bello adgressus[x] Eresburgum castrum
Chr. L. III, 4 et A. Laur. capit[m] et idolum Saxonum, quod vocabatur Irminsul, destruit. Ubi cum exercitus prae[y] siccitate siti deficeret[z. 5], subito in quodam torrente media
Chr. L. III, 4. die divinitus aquae effusae sunt largissimae. Saxones iuxta Visurgim[6] fluvium ad regem venientes datis obsidibus XII[7] cum eo paci-
A. Sith. ficantur[a]. Adrianus Romae[b] pontificatum suscipit.

Chr. L. III, 5 et A. L. 774. DCCLXXIII. Carlus[c] ab Adriano pontifice pro[8] defensione rerum sancti Petri invitatus cum exercitu ad Italiam vadit. Cui Desiderius obsistere nitens clusis Alpium obseratis occurrit; Franci clusis potiti Desiderium fugientem et Papiae[d] inclusum obsi-

a) hiemps 2. 3. b) metensis 2. c) frantiam 1. 3. d) trantulit 3. e) sancti naz. 2. f) laureshaim 3. g) aequitaniae 2. h) aetatis suae 1. i) karolus 1. 2. k) carlm. 3. l) hunoltum 1; hunaldum 3. m) cepit 2. n) bertha 2. o) long. 1. 2. p) karolo 1. 2. q) soc. coni. 1. r) salmontiaco 2. s) sinodo 2. 3. t) cobanacum 3. u) fratres 3. v) suscipit 2. w) Karlom. 2; carlm. 3. x) aggr. 1. y) pre 3. z) deficerent 3. a) pacificatur 3. b) rome 3. c) karolus 1. 2. d) papie 3.

1) Facta est hiems valida anno DCCLXIIII. *Chr. Laur.*; hiems — prolixa *Ann. Sith.* 2) Corpora s. G., N. et N. de Roma in Franciam translata sunt *Ann. Sith.* 3) *Ex his verbis fortasse colligere liceret hanc annalium nostrorum partem in Gallia conscriptam esse, nisi haec quoque ex Annalibus illis amissis sumpta esse viderentur; etenim in Pauli Gestis episcoporum Mettensium (SS. II, p. 268), e quibus illi hauserunt, legitur:* ultra fluvium Rhenum in monasterio, quod vocatur Loreshaim. 4) Waifarius dux a Francis interfectus est; Pipp. rex apud Parisyus decessit, filii — suscipiunt *Ann. Sith.; cetera ex Chr. Laur.* 5) fatigaretur *Chr. Laur.*; deficeret *Ann. Laur.* 6) super Wisoram *Ann. Laur.*; super Wisarhaha *Chr. Laur.* 7) XII *ex Ann. Laur.* 8) propter defensionem sanctae Dei Romanae ecclesiae *Ann. Laur.* 774; *cetera ex Chr. Laur.*

dent. Carlus[a] orandi[1] gratia Romam vadit et ab Adriano hono- A. Sith. et Chr. L. III, 6.
rifice susceptus sanctum diem paschae[b] cum laetitia[c] celebrat[d].
DCCLXXIIII. Langobardi[e] obsidione pertaesi[f] pariter cum rege ib.
Desiderio egrediuntur ad regem. Ille vero altera die cum hymnis[g] et
laudibus urbem ingrediens thesauros regum repertos exercitui distribuit
et cunctum Italiae regnum adeptus regreditur in Franciam[h], ducens secum
Desiderium cum coniuge eius. Adalgisus filius eius Constantinopolim A. Sith.
fugit. Interea Saxones in Hessis[2] Francorum terminos vastant. A. Laur.
Erat autem ibi in loco, qui vocatur Friteslar, basilica, quam
sanctus Bonifatius[i] martyr[k] olim dedicans prophetico spiritu num-
quam igne cremandam esse praedixit[l]. Cui cum pagani toto
nisu ignem subponere conarentur, divino pavore perterriti fugae
praesidium[m] sumunt. Duo namque iuvenes in vestibus albis
basilicam ab igne defendebant, quos et christianis et barbaris qui-
busdam divinitus videre concessum est; unus tamen ex hosti-
bus iuxta[n] basilicam flexis genibus adclinis lignis et igni incumbens,
specie flantis repertus est mortuus. His temporibus dedi- Chr. L. III, 8.
cata est basilica sancti Nazarii martyris[o] in Lauresham[p], et trans-
lata sunt ossa eius in illam[q].
DCCLXXV. Carlus[a] Saxonum perfidiam ultus omnes eorum re- A. Sith.
giones ferro et igni[r] depopulatur[s], Sigiburgum castrum capit, Eresburgum A. Laur.
p. 349. reaedificat[t]; duobus eos proeliis[u] *superat, uno iuxta Brunes-
berge ripas Visurgis[3] fluminis defendere conantes et II.[v] in Lid-
bechi[w] maxima eorum multitudine interfecta. Hruodgau- A. Sith.
dus[x] Langobardus[y] in Italia regnum affectat.
DCCLXXVI. Carlus[a] contra Hruodgaudum[z] in Italiam profectus ib.
eundem interficit. In Saxonia Eresburgum[a] castrum Saxonibus reddi-
tum, Sigiburgum ab eis obsessum, sed non expugnatum.
DCCLXXVII. Saxones, post multas caedes[b] et varia bella adflicti[c], Chr. L. III, 10.
tandem christiani effecti Francorum dicioni subduntur. Et conventus A. Sith.
in Saxonia habitus in loco, qui vocatur Padrabrunno[d]; ubi Ibinalarabi[e]
Sarracenus praefectus[f] Caesaraugustae venit ad regem. Ibi Saxones A. Laur.
baptizati[g] ingenuitatem[h] et omnem proprietatem suam secundum
morem gentis abdicantes[i] regi tradiderunt, si a die illa et
deinceps christianitatem et regi ac filiis eius fidelitatem abnegas-
sent.
DCCLXXVIII. Carlus[k] cum exercitu[l] in Hispania usque[m] Caesar- A. Sith.
augustam venit, Pampilonam[n] urbem destruit, de[4] Ibinalarabi et de A. Laur.
Abitauro praefectis[o] Sarracenorum obsides accipit, Wasconibus et
Nabarris subactis revertitur in Franciam[p]. Interea Saxones A. Sith. et Chr. L. III, 11.
Widukindo[q].[5] tyrannidi nitente Francorum terminos usque ad Rhenum[r]

a) karolus 1. 2. b) pasce 3. c) lęticia 1; leticia 2. d) cęlebrat 2. e) long. 1. 2. f) pertesi 1. 3. g) himnis 3. h) frantiam 3. i) bonifacius 1. k) martir 2. 3. l) predixit 1. m) presidium 1. n) iuxsta 3. o) martiris 3. p) laurasham 1; laureshaim 3. q) in villam 1; in illam 2; *des.* 3. r) igne 1. 2. s) depopulabatur 1. 2. t) aeresb. reedif. 3. u) pręliis 1; preliis 3. v) duobus *codd.* w) lidbecki 2. 3. x) hruotgaudus 2. y) long. 2. z) hruotgaudum 2; hrodgaudum 3. a) aeresburgum 3. b) cedes 1; cedas 3. c) afflicti 1. 2. d) padraprunno 3. e) Ibinalarabus 1. f) pref. 1. g) babtizati 3. h) ingenuitate 1. i) addicantes 3. k) karolus 1. 2. l) exertitu 3. m) usque ad 1. 2. n) pampilonem 3. o) pref. 1. p) frantiam 2. 3. q) widukindu 3. r) hrenum 2; renum 3.

1) Carlus . . . orandi gr. R. v. *Ann. Sith.* 2) hęsit *id, quod nunc unum exstat, Ann. Sith. exemplar exhibet.* 3) super fluvium Wisora *Ann. Laur.* 4) de — Franciam *ex Ann. Laur.* 5) Widuchindus tyrannidi nititur *Chr. Laur. III,* 11; in loco — Adarna *ex Ann. Laur.; cetera ex Ann. Sith.*

A. Sith. et A. Laur. ferro et igni[a] devastant, sed non inulti revertuntur; nam ab exercitu[b] regis, quem contra eos miserat, in loco, qui dicitur Liesi, super fluvium Adarna
V. Sturmi. pars maxima eorum interfecta est. Eo tempore monachi Fuldensis coenobii[c] propter timorem Saxonum adsumptis[d] secum sancti Bonifacii martyris[e] ossibus fugerunt de monasterio per milia passuum fere XIIII.[1]

A. Sith. et A. Laur. DCCLXXVIIII. Carlus[f] more suo Saxonum perfidiam in[2] loco, qui dicitur Hohholz[g], per se ulciscitur et omnes[h] acceptis firmat obsidibus in
A. Sith. loco, qui vocatur Medofulli. Hildibrandus[i] dux Spolitanus ad Carlum[k]
A. Fuld. ant. venit. Sturmi abbas Fuldensis[l] coenobii[c] moritur; cui successit Baugolf[m] eiusdem monasterii monachus.

A. Sith. et A. Laur. DCCLXXX. Carlus[f] habito conventu in Saxonia iterum eam subigit[n]; dispositisque[3] tam Saxonum quam Sclavorum rebus orationis causa Romam vadit.

A. Sith. DCCLXXXI. Pippinus filius Carli[o] Romae[p] baptizatur[q] ab Adriano
Chr. Laur. III, 156. pontifice, a quo et ipse et frater eius Hludowicus[r] uncti sunt in reges. Tassilo dux Baioariae[s] apud Wormaciam[t] sacramento et obsidibus suae
ib. 178. subiectionis fidem facit[u] honorifice[4] remissus ad sua. Eo tempore multa signa apparuerunt, inter quae[v] signum crucis in vestimentis hominum frequentissime visum est; sanguis etiam e terra ac de caelo[w] perhibetur fluxisse.

(A. Lauresh.) DCCLXXXII. Carlus[f, 5] habuit conventum in loco, ubi Lippia ori-
A. Laur. tur, cum omnibus primatibus Saxonum, excepto Widukindo[x] rebelle et eis, qui cum eo erant. Ubi ad eum venerunt missi Sigifridi regis Danorum, Halpdani[y] videlicet cum sociis[z] suis, missi quoque Hunorum Cagani et Iugurri. Quibus auditis atque remissis rex quidem in Frantiam reversus est, Saxones vero suadente Widukindo[x] iterum rebelles effecti legatos regis Adalgisum et Gailo-
A. Sith. nem in Sclavos cum exercitu[a] missos conserto cum *eis proelio[b] *p. 350.
in loco, qui vocatur Sundtal, non sine grandi clade suorum occiderunt[6]: quorum mors quattuor milium[c] et quingentorum hominum decollatione vindicata est.

ib. DCCLXXXIII. Hildigarda[d] regina diem obiit II. Kal. Maii; decessit
ib. et A. Laur. et Berhta[e] regis mater IIII. Id. Iul. Carlus[f] Saxones duobus magnis proeliis[g] vicit, uno[7] in Thiotmellie, altero iuxta fluvium Hasa, in-

a) igne 1. 2. b) exertitu 3. c) cenobii 3. d) ass. 1. e) martiris 1. f) karolus 1. 2. g) hocholz 3. h) omnibus 1. i) hiltibrandus 1. 2. k) karolum 1. 2. l) fultensis 1. m) baugolfus 1. n) subiit 3. o) karoli 1. 2. p) rome 3. q) babtiz. 3. r) hludawicus 2. 3. s) baioarie 3. t) uuormatiam 3. u) fecit 2. v) que 3. w) celo 3. x) widuchindo 3. y) halbdani 1. 2. z) sotiis 2. a) exertitu 3. b) prelio 1; p̄lio 3. c) milia 3. d) hiltigarta 2. e) berehta 1. f) karolus 1. 2. g) preliis 1; praeliis 2; proeliis magnis 3.

1) *Ex Vita Sturmi c.* 23 *(SS. II, p.* 376*).* 2) in loco, qui dicitur Bohholz; . . . omnes . . . ad locum, qui dicitur Medofulli *Ann. Laur.; cetera ex Sith.* 3) omniaque disponens tam Saxoniam quam et Sclavos *Ann. Laur.; cetera ex Sith.* 4) quem dimittit rex honorifice *Chr. Laur. III,* 16. 5) Habuit Carlus rex conventum . . . in Saxonia ad Lippuibrunnen *Ann. Laursh.; nescio an hoc quoque loco auctor Annalibus illis amissis usus sit.* 6) Legati regis Adalgisus et Gailo a Saxonibus in proelio occiduntur; quorum — est *Ann. Sith.;* in monte, qui dicitur Sundal *Laur., qui de victoria Francorum mentionem faciunt;* non — suorum *ex Annalibus amissis, ut videtur.* 7) *Nomina locorum* Theotmalli *et* ad fluvium, cuius vocabulum est Hasa, *ex Ann. Laur. sumpta esse possunt, nisi haec quoque ex Annalibus illis amissis petita sunt.*

mensa eorum multitudine interfecta. Eodem anno rex Fastradam[a·1] duxit uxorem.

DCCLXXXIIII. Carlus[b] iunior a patre in Saxoniam cum exercitu[c] missus Westfalaos[d] in proelio[e] superavit et domuit. A. Laur.

DCCLXXXV. Widukind[f] Saxo Attiniaci[2] ad fidem Carli[g] venit et baptizatus[h] est, et Saxonia tota subacta. Coniuratio orientalium[i] Francorum, quae[k] vocatur Hartrati, contra regem exorta et cito compressa est. A. Sith. et A. Laur.

DCCLXXXVI. Carlus[b] per[3] Autulfum senescalcum[l] misso exercitu Brittones[m] domuit et ipse per Italiam rebus ordinatis orationis causa Romam vadit. Lullo Mogontiacensi episcopo defuncto Richolf successit[n]. Auctores conspirationis contra regem partim morte partim caecitate[o·4] et exilio damnantur. ib. A. Fuld. ant. A. Laur. 785.

DCCLXXXVII. Eclipsis solis facta est XV. Kal. Oct. Carlus[b] cum exercitu[c] Beneventanos[p·5] ingressus Capuam venit; Grimaldum[q] filium Aragisi ducis Beneventanorum[r] in obsidatum[s] accepit. Hruodthrudis[t·6] filia regis a Constantino imperatore desponsatur. A. Sith. et A. Laur. A. Sith.

DCCLXXXVIII. Tassilo[7] dux Baioariorum ad Carlum[u] in palatio Ingilenheim[v] veniens multis periuriis et infidelitatibus convictus deponitur. Graecorum[w] exercitus[x] a Francis et Langobardis[y] et Beneventanis proelio[c] superatur; similiter et Avares in marcha[z] Baioariae[a] atque Italiae[b] a regis exercitibus victi atque fugati sunt. ib. et A. Laur. (A. Lauresh.) Chr. L. III, 20. A. Sith.

DCCLXXXVIIII. Carlus[c] per Saxones iter faciens venit ad Albim fluvium, habens in exercitu[d] suo Francos, Saxones, Sorabos et Abodritos[e], quorum princeps erat Witzan, Fresones quoque per Habola fluvium navigio venientes. Constructis duobus pontibus, quorum alterum ex utraque parte castellis munivit, transito flumine, Sclavorum[8], qui vocantur Wilzi[f], terram ingressus magnis eos proeliis[g] domuit ac dicioni[h] suae subiugavit. A. Laur. A. Sith.

DCCXC. Hic annus a bellorum motibus quietus fuit; quem rex apud Wormaciam[i] transegit. ib.

a) uastradam 3. b) karolus 1. 2. c) exertitu 3. d) uuestfal. os *erasa una littera* 1. e) prelio 1. f) Vuidukind *corr.* Vuidikind 1; witukind 3. g) karoli 1. 2. h) babt. 3. i) origentalium 3. k) que 3. l) senscalcum 3; *deest* 1. 2. m) britones 1. 2. n) richolfus 1. 2; Riholf 3. o) cecitate 1. 3. p) beneventum 1. 2. q) grimaltum 1. 2. r) beneventorum 1. s) obsidiatum 1. t) hruadthrudis 1; ruadthrudis 2. u) karolum 1. 2. v) ingelenheim 1; ingilenhein 2; ingilenhem 3. w) Grecorum 1. 3. x) exertitus 3. y) long. 2. z) marcha 3. a) baioriae 2. b) italie 3. c) karolus 1. 2. d) exertitu 3. e) abotritos 1. f) wilzzi 3. g) pręliis 1. h) ditioni 3. i) wormaticam 3.

1) fastradane *Annalium Laur. codd. plerique;* Fastradam *Laureshamenses.* 2) *Verba* Attiniaci, tota, contra regem *ex Ann. Laur., cetera ex Sith. sumpta sunt.* 3) Audulfo sinescalco *et* causas Italicas disponendi *Ann. Laur.* 4) caecitate et *in Laur. desunt; fortasse omnia Ann. amissis tribuenda.* Hartrat et ceteri exiliantur *etiam in Ann. Fuld. ant. ad a.* 785. *refertur.* 5) Roma Capuam *Ann. Sith.,* partibus Beneventanis *Laur.;* Grimoldus filius A. d. B. in obs. regi datus *Sith.,* filium . . . Grimoaldum *Laur.;* et filio Aregiso inde in ospitatum accepit *Fragmentum Chesnianum (SS. I, p.* 33*), quod item ex Annalibus illis amissis derivatum videtur esse.* 6) Hruatrudis *Ann. Sith.; solutionem desponsationis a.* 781. *factae his verbis dici I. Bernays, 'Z. Kritik Karol. Ann.' p.* 118. *probavit.* 7) T. d. Baioariae depositus *Ann. Sith.;* venit T. ad . . . Carolum in Ingulunhaim *Lauresh.;* ad iamdictam villam Ingilenhaim, ibique veniens T. *Lauriss.;* convictus iterum de infidelitate *Chr. Laur. III,* 20. 8) Carlus Sclavos, qui Vulzi voc., cum magno exercitu adgr. dom. ac d. s. subi. *A. Sith.*

A. Sith. et A. Laur. DCCXCI. Palatium Wormacense incendio consumptum[a] est. Carlus[b] propter[1] multa mala et praedationes[c] ac caedes[d], quas Huni exercuerunt in populo Dei, provocatus congregato
(A. Lauresh.) exercitu[e] in Baioaria[f] iuxta Anisam fluvium cum omni populo suo ieiuniis et obsecrationibus triduo celebratis exercitum dividit[g]. Ipse cum Francis, Alamannis et Baioariis ex australi[h] parte Danubii[i] per Cummiberg*, Saxonibus et Thuringis cum parte Francorum per litus septentrionale pergentibus, Fresonibus[k] vero[l] et, qui cum ipsis deputati sunt, navali evectione
A. Sith. per alveum euntibus Pannoniam ingressus[m] Hunis perterritis et fugientibus[n] omnes eorum regiones usque ad Raba fluvium ferro et igni[o] devastat.

ib. et A. Laur. DCCXCII. Haeresis[p] Feliciana[q] ipso[2] auctore eam abnegante apud Reganesburg[r] primum damnata[s] est; qui etiam per Engilberhtum[t] abbatem in praesentiam[u] Adriani apostolici adductus denuo eam
A. Sith. confessione facta damnavit[s]. Coniuratio Pippini contra patrem *facta *p. 351.
A. Laur. in Baioaria cito detecta[3] et conpressa[v] est, auctoribus factionis
A. Sith. partim morte partim exilio et caecitate[w] damnatis[s]. Pons navalis in Danubio[x] factus est[y].

ib. DCCXCIII. Fossa a rege facta est inter Radantiam[z] et Alcmonam fluvios. Proelium[a] factum est inter Sarracenos et Francos in Gothia, in quo Sarraceni superiores extiterunt. Saxones more solito defecerunt.

ib. DCCXCIIII. Synodus[b] habita in Franconofurt, in qua haeresis[c] Feli-
A. Laur. ciana[d][4] coram episcopis Galliarum et Germaniarum Italorumque praesente magno principe Carlo[e] et missis Adriani apostolici Theophilacto[f] et Stephano episcopis** tertio[g] damnata est et rata stipulatione damnatio roborata. Fastrada regina moritur et Mogontiaci[h] apud sanctum Albanum honorifice sepulta est[i]. Pseudosynodus Grae-

*) Cumanum montem *add. m. saec. XI. in margine cod.* 3.
**) asstipulantibus *add. m. saec. XI. inter lineas cod.* 3.

a) consumtum 3. b) Karolus 1. 2. c) predationes 1. d) cedes 1. 3. e) exertitu 3. f) baioria 3. g) divisit 1. h) australe 3. i) danuvii 3. k) frisionibus 3. l) *deest* 1. m) ingressus *corr.* ingressi s̄ 3. n) fugentibus 3. o) igne 1. 2. p) heresis 1. 3. q) felitiana 3. r) reganespurg 3. s) dampn. 2. t) engilbertum 1. 2. u) presentiam 1. 3. v) compr. 1. w) cecitate 1. x) danuuio 3. y) f. e. in dan. 1. z) radantiam *corr.* ardantiam 3. a) prelium 1. b) Sinodus 2. 3. c) heresis 1. 3. d) felitiana 3. e) carlo 3. f) theophilacio 1. g) tercio 2. h) mogontie 3. i) sepelitur 1. 2.

1) propter nimiam maliciam . . ., quam fecerunt Avari contra sanctam ecclesiam vel populum christianum *Ann. Laur. Ea, quae sequitur, narratio in rebus et aliqua ex parte etiam in verbis cum Ann. Laur. et Lauresh.* (divisitque exercitum . . . ipse . . . ex meridiana parte Danovii . . . Fresionum et Saxonorum cum Toringos) *convenit, sed accuratior utrisque est, siquidem ab illis navalis Frisonum expeditio cum septentrionali exercitu confunditur; quamquam scriptorem doctissimum annalium Karoli, B. Simson, ea de re aliter sentire non ignoro. Hoc igitur loco Fuldenses proxime ad Annales amissos accedere mihi videntur; in fine tamen auctorem etiam Sithiensibus usum esse probabile est, ubi haec leguntur:* Carlus Pannonias cum exercitu ingr. Hunorum reg. ferro et igni populatur. 2) Her. Fel. ipso eam abn. dampnata *Ann. Sith.* 3) detecta — est *ex Ann. Laur.* 4) Sin. — Felic. *ex Ann. Sith., quae sequuntur, ex Laur.*

corum[a] pro adorandis imaginibus habita et falso septima vocata ab episcopis damnatur. Saxones in Sinitfelde[b] congregati[c] a Carlo[d] subacti sunt et tertius[e] ex eis homo translatus. Chr. L. III, 26. His temporibus Alahwinus diaconus cognomento Albinus sanctitate et doctrina clarus habetur.

A. Sith. et A. Laur. DCCXCV. Carlus[f, 1] cum exercitu[g] Saxoniam ingenti populatione vastando pervenit usque ad[h] locum, quem vocant Hliuni[i], ubi Witzan dux Abodritorum ad regem pergere volens a Saxonibus occisus est. In quo loco Tudun, qui in gente Hunorum magnae[k] potestatis erat, per legatos suos se et terram cum populo, cui praeerat[l], regi daturum et christianum futurum esse promisit. Rex vero afflictis Saxonibus et obsidibus firmatis in Franciam[m] rediit.

A. Sith. DCCXCVI. Adriano pontifice defuncto Leo papa successit. A. Laur. et A. Sith. Cagan[2] et Iugurro principibus Hunorum civili bello et intestina clade a suis occisis campus eorum, quem vocant Hringum, primo per Ehericum ducem Foroiuliensem[n], deinde per Pippinum filium regis aditus[o] et captus est; et omnes Hunorum opes ac thesauri sublati et[p] Carlo[d] in Aquisgrani palatio allati[q] sunt. Tudun[r] secundum pollicitationem suam cum populo suo ad regem[s] baptizatus et honorifice remissus est. A. Sith. Saxonia iterum a rege vastatur.

A. Laur. et A. Sith. DCCXCVII. Barcinona Hispaniae[t] civitas, quae iam pridem a Francis[u] defecerat, per Zatum[v] Sarracenum[3] praefectum[w] eius Carlo[x] reddita est. A. Sith. Constantinus imperator a Graecis[y] excaecatus[z] est. A. Laur. Carlus[f] expeditione[a] facta totam Saxoniam usque ad Hadaloha[b], quae[c] sita est in littore oceani, peragravit atque in deditionem[d] per obsides acceptam Aquisgrani revertitur; ubi Abdellam Sarracenum, filium Ibin-Maugae[e] regis, qui a fratre regno pulsus in Mauritania exulabat, ipso se commendante suscepit. Illuc quoque legatus Nicetae[f] praefecti Siciliae[g], nomine Theoctistus[h], venit cum epistola imperatoris; quem rex magnifice suscipiens post paucos dies absolvit et abire permisit.

A. Sith. DCCXCVIII. Carlus[i] cum exercitu[k] hiemavit in Haristallio[l] Saxonico. A. Laur. Hadofuns rex Galleciae[m] et Asturiae[n] per Floram[o, 4] legatum suum papilionem mirae[p] pulchritudinis regi transmisit. Transalbiani Saxones seditione[q] commota legatos regios, qui ad iustitias[r] faciendas[s] apud eos versabantur, conprehendunt[t], quibusdam ex eis statim trucidatis, quibusdam ad redimendum reservatis; ex quibus aliqui effugerunt, ceteri redempti sunt. Quo audito rex in desertores arma corri-

a) grecorum 3; pseudogrecorum synodus 1. b) Synitfelde 1. c) congegati 3. d) karolo 1. 2. e) tercius 2. f) karolus 1. 2. g) exertitu 3. h) a 3. i) liuni 3. k) magne 3. l) preerat 3. m) frantiam 3. n) foreiuliensem 1. o) regis filium addictus 1; f. r. addictus 3. p) et — sunt *manu primitiva in margine inferiore adiecta* 3. q) ablati 3. r) Tudum 3. s) a rege 1. 2. t) hispanie 3. u) frantis 3. v) zatun 3. w) prefectum 1. 3. x) carolo 1. 2. y) grecis 1; gretis 3. z) excecatus 1. 3. a) expedicione 1. 2. b) adaloha 2. 3. c) que 3. d) dedicionem 1. 2. e) ibimaugae 1; ibinmauge 3. f) nicete 3. g) sicilie 3. h) teoctistus 3. i) Karolus 1. 2. k) exrtitu *(sic)* 3. l) haristollio 2; harisstallio 3. m) galleciae *corr.* galliciae 1; galletie 3. n) astruriae 1; hasturie 3. o) florum 1. 2. p) mire 3. q) sedicione 2. r) iusticias 1. 2. s) *deest* 1; fatiendas 3. t) compr. 1.

1) Carlus — occisus est *ex Ann. Sith.*; cum exercitu, pervenit — Hliuni, In — rediit *ex Laur.* 2) Cagan — occisis, Hringum, et Carlo — allati, Tudun — remissus est *ex Ann. Laur.*; Campus Hunorum primo — regis subactus est, et — sublati sunt *Ann. Sith.* 3) Sarracenum *et* Carlo *ex Ann. Sith.* 4) Flora *pro* Frola *hoc loco in aliquibus Ann. Laurissensium codicibus legitur.*

piens totam Saxoniam inter Albim et Visurgim populando peragravit. Transalbianos per Eburisum legatum suum et Thrasuchonem[a] ducem Abodritorum[b] in proelio[c] vicit, caesis[d] in loco certaminis quatuor milibus, ceteris[e] pacem postulantibus. A quibus rex acceptis obsidibus Aquisgrani reversus epistolam Herenae[f] imperatricis, cuius filius Constantinus anno priore excae*catus[g] est, a Constantinopoli *p. 352.
per Michahel[h] patricium[i] Frigiae et Theophilum presbyterum pro pace missam suscepit; quos cum remisisset, remisit etiam cum eis et Sisinnium fratrem Tarasii Constantinopolitani episcopi iam dudum in Italia proelio[k] captum. Hadofuns quoque[l] supra dictus rex praedata Olisippona Hispaniae[m] civitate insignia victoriae suae[n], loricas, mulos captivosque Mauros, per Froiam et Basiliscum legatos suos* misit.
A. Sith. Mauri piraticam exercere incipiunt.
A. Laur. DCCXCVIIII. Leo papa a Romanis in letania[o] maiore lingua[p] detruncata excaecatus[q] et per Wirundum abbatem ac Winigisum ducem Spolitanum ereptus ad Carlum[r] in Saxonia ad Padrabrunno[s] deductus est. Ehericus dux Foroiuliensis[t] iuxta Tharsaticam Liburniae[u] civitatem in-
A. Sith. sidiis oppidanorum occisus est; et[1] Geroldus[v] Baioariae[w] praefectus cum
A. Laur. Hunis dimicans interfectus est. Baleares insulae[x] postulato et accepto Carli[y] auxilio Mauris et Sarracenis, a quibus priore anno praedabantur, ereptae[z] sunt. Signa quoque Maurorum in pugna sublata regi sunt praesentata. Brittannia[a] cismarina per Witonem[b] ducem tota subacta et arma ducum, qui se dediderant, inscriptis singulorum nominibus regi praesentata[c] sunt; nam his se et terram et populum unusquisque tradidit. Patriarcha Hierosolimitanus reliquias de sepulchro Domini per monachum quendam regi transmisit. Et Azan praefectus[d] civitatis[e], quae dicitur Osca, claves urbis[f] per legatum suum cum aliis muneribus misit.
ib. DCCC. Rex absolutum Hierosolimitanum monachum reverti fecit, misso cum eo Zacharia presbytero de palatio suo, qui eius donaria per illa sancta loca deferret. Ipse peragratis oceani Gallici litoribus, quod piratis infestum erat, dispositisque praesidiis[g] revertens Turonis[h] ad sanctum Martinum orationis causa pervenit; ubi Hildi-
A. Sith. gardis[2] coniunx eius defuncta est et humata. Inde[3] reversus propter
A. Laur. Leonis papae[i] causam Romam proficiscitur ibique hiemavit; et exercitum cum Pippino filio suo in Beneventanorum[k] terras praedatum[l] ire iussit. Leo papa, postquam facta de eo quaestione[m] nullus probator criminum ei obiectorum esse voluit, in basilica sancti Petri ambonem ascendit posito super caput suum evangelio[4] et coram omni populo invocato sanctae Trinitatis nomine iureiurando ab obiectis se criminibus[o] purgavit.

*) Karolo[n] *addit redactio I (codd.* 1. 2*)*.

a) trasuchonem 1. b) obodritorum 3. c) prelio 1. d) cesis 3. e) cet. p. post. *des.* 1. f) harenae 2; harene 3. g) excecatus 1. 3. h) michahelem 1. 2; michael 3. i) patritium 3. k) pręlio 1! p̄lio 3. l) *deest* 1. m) hispanie 3. n) victorie sue 3. o) lętania 1. p) linguua 3. q) excecatur 1; excaecatur 2; excecatus 3. r) karolum 1. 2. s) padrabrunnon 1. 2; padraprunno 3. t) foriiuliensis 1. u) liburnie civitate 3. v) geroltus 1. w) baioarie 3. x) insule 3. y) karoli 1. 2. z) erepte 3. a) britannia 1. 2. b) wittonem 2. c) presentata 1. d) prefectus 1. e) urbis 1. 2. f) civitatis 1. 2. g) presidiis 1. h) turones 1. 2; rev. orat. c. tur. ad s. m. perv. 1. i) pape 3. k) benavent. 3. l) predatum 1. m) questione 1. 3. n) .K. 2. o) crim. se 1.

1) et Ger. Bai. pr. cum Avaris dim. interfectus *Ann. Sith.* 2) Liutgardae coniugis *Ann. Laur.; error nostri.* 3) Inde — hiemavit *ex Ann. Sith.* 4) ewangelium portans *Ann. Laur.*

DCCCI. In die natalis Domini ante confessionem beati Petri apostoli, A. Laur.
cum rex ab oratione surgeret, Leo papa coronam capiti eius imposuit, et a cuncto Romanorum populo adclamatum[a] est: 'Carlo[b] augusto a Deo coronato magno et pacifico imperatori Romanorum vita et victoria!' Et post laudes more antiquorum principum adoratus est atque ablato patricii nomine imperator et augustus est appellatus. Post paucos autem dies iussit eos, qui pontificem anno superiore[c] deposuerunt, exhiberi; et habita de[d] eis quaestione[e] secundum legem Romanam ut maiestatis rei capitis sententia damnati[f] sunt. Pro quibus tamen papa pio affectu apud imperatorem intercessit; nam et vita et membrorum[g] integritas eis concessa est, ceterum[h] pro facinoris magnitudine exilio deportati sunt. Terrae[i] motus factus est II. Kal. Maii[k] per totam Italiam tam vehemens, ut in quibusdam locis urbes ruerent et montes et tectum basilicae[l] beati Pauli apostoli Romae[m] cum trabibus suis magna ex parte decideret; circa Rhenum[n] quoque et in Gallia et in Germania quaedam[o] loca tremuerunt. Barcinona civitas in Hispania et in Italia Teate[p] captae[q] sunt[1]; praefectis[r] earum, Zatun videlicet Barcinonae[s] et Roselmo Teate[t], conprehensis[u] regi pariter praesentatis et exilio damnatis[v].

DCCCII. Herena imperatrix de Constantinopoli misit legatum nomine ib.
Leonem spatarium de pace confirmanda inter Francos et Graecos[w]; et imperator vicissim absoluto illo misit Iesse episcopum Ambianensem et
p. 353. Helmgaudum[x] comitem Constantinopolim, *ut pacem cum ea statuerent.
Isaac Iudaeus[y] elefantum et alia munera, quae Aaron[z] rex[2] Persarum A. Sith.
miserat, Aquisgrani Carlo[a] detulit. Transalbiani Saxones a Francis A. Laur.
vastantur. Ortona civitas in Italia in deditionem accepta et Luceria
similiter, positumque in ea praesidium Francorum. Et Winigisus[3] A. Sith.
dux Spolitanus, qui praesidio praeerat, a Grimaldo[b] obsessus et captus
est. Eo anno Bougulfus abbas Fuldensis coenobii relicta, A. Fuld. ant.
quam habuit, potestate Ratgarium successorem accepit. Paulinus Chr. L. III, 34.
patriarcha Foroiuliensis[c] obiit.

DCCCIII. Winigisus a Grimaldo[b] redditus[d] et missi imperatoris de A. Laur.
Constantinopoli reversi sunt. Et venerunt cum eis legati Nicifori imperatoris tunc rempublicam regentis; nam post adventum legationis Franciae[e] Herenam deposuerunt. Quos imperator ad se venientes in loco, qui dicitur[f] Salz, super fluvium Sala suscepit et auditos cum epistola pactum faciendae[g] pacis continente remisit ad propria.

DCCCIIII. Carlus[h, 4] Saxones transalbianos cum mulieribus et natis A. Sith. et A. Laur.
transtulit in Franciam[i] et pagos transalbianos Abodritis[k] dedit. Leo papa ad imperatorem Carisiaci venit, ubi natale Domini cum eo celebravit; donatusque magnis muneribus per Baioariam reversus est

a) accl. 1. 2. b) Karolo 1. 2. c) superiori 2. 3. d) deis 3. e) questione 1. 3. f) capite d. sunt 1. 2; dampnati 2. g) menbrorum 2. h) caeterum 2. i) terremotus 1. k) mai 2. l) basilice 3; beati pauli basilicae romae 1. m) rome 3. n) renum 3. o) quedam 3. p) teatę 1. q) capte 3. r) prefectis 1; p̄fectes 3. s) barcinonię 1; barcinone 3. t) theate 1. u) compr. 1. v) dampn. 2. w) grecos 1. 3. x) helingaudum 2. y) Iudeus 1. z) aaro 3. a) karolo 1. 2. b) grimolto 1; grimoldo 2. c) foriiuliese 3. d) redditur 1. 2. e) frantie 3. f) vocatur 1. g) faciende 3. h) Karolus 1. 2. i) trastulit in fanciam 3. k) abotritis 1. 2; obodritis 3.

1) captae sunt *Ann. Sith.*; capta et incensa est *Laur.* 2) Aron rex elefantum ad Carolum transmittit *Ann. Sith.*; quae a rege P. missa sunt *Laur.* 3) Wigisus d. Sp. a Gr. captus *Ann. Sith.*; Grimaldus . . . Winigisum comitem Spoletii, q. pr. pr., . . . obsedit et in deditionem accepit *Laur.* 4) *Verba* Karolus Sax. trans. *et* Leo papa ad (illum Aquis) venit *ex Ann. Sith., cetera ex Laur.*

Romam. Causa adventus eius haec[a] erat: perlatum est ad imperatorem aestate praeterita Christi sanguinem in Mantua civitate fuisse repertum; propter hoc misit ad papam petens, ut huius famae[b] veritatem inquireret[c]. Qui[d] accepta occasione exeundi primo in Langobardiam[e] quasi pro inquisitione[f] praedicta profectus est, inde arrepto itinere ad imperatorem usque
Chr. L. III, 36. pervenit; unde absolutus Romam repedavit. Rihbodo[g] archiepiscopus Trevirensis[h] moritur.

A. Laur. et A. Sith. DCCCV. Carlus[i, 1] iunior in Boemanos Sclavos cum exercitu[k] a patre missus depopulata provincia[l] regem eorum nomine Lechonem[m] occidit. Capcanus princeps Hunorum Aquis ad imperatorem[n] venit et, ut postulavit, inter Sabariam[o] et Carnontum habitandi locum accepit, eo quod Sclavis infestantibus pristinas sedes habitare non potuit; erat enim christianus nomine Theodorus. Quo ad suos reverso et non multo post morte praevento cagano per legatos suos petenti ab[p] imperatore concessus est honor antiquus, quem caganus apud Hunos iuxta priscum eorum ritum habere solebat.

A. Sith. et A. Laur. DCCCVI. Partitio[q, 2] regni Francorum ab imperatore facta in villa Theodonis inter filios suos, ut sciret unusquisque eorum, quam partem tueri et regere debuisset, si pater eum superstitem reliquisset[r]. De[s] hac partitione testamentum conscriptum et ab optimatibus Francorum confirmatum et Leonis apostolici subscriptione roboratum est. Carlus[i] iunior cum exercitu[k] a patre missus in Sorabos super Albim fluvium habitantes depopulata Sclavorum terra ducem eorum Miliduoch interfecit. Missa est et manus de Baioaria et Alamannia atque Burgundia in Boemanos vastataque[t] provinciae[u] non minima portione absque ullo gravi incommodo regressa est. In Corsicam quoque classis[v] a Pippino contra Mauros missa est; cuius adventum Mauri non expectantes abscesserant. Hadumar tamen[w] civitatis Genuae[x] praefectus inprudenter[y] contra eos dimicans occisus est.

ib. DCCCVII. Aaron[3] rex Persarum papilionem et tentoria atrii[z] vario colore facta mirae[a] pulchritudinis imperatori misit; erant enim omnia bissina, tam tentoria quam funes eorum, diversis tincta coloribus; pallia quoque sirica[b] multa et pretiosa[c] et odores atque unguenta et balsamum necnon et horologium[d] ex auricalco arte mechanica mirifice conpositum, in quo duodecim horarum cursus ad clepsidram vertebatur, cum totidem aereis[e] pilulis[f], quae[g] ad completionem[h] horarum decidebant et casu suo subie*ctum sibi cimbalum tinnire faciebant, additis in eodem eiusdem *p. 354.
numeri equitibus, qui per duodecim fenestras conpletis[i] horis exiebant et inpulsu egressionis suae[k] totidem fenestras, quae prius erant apertae[l], claudebant. Eodem anno rex[m] Burchardum[n] comitem stabuli[o] sui cum classe misit in Corsicam, ut eam a Mauris, qui superioribus annis illuc

a) hec 3. b) fame 3. c) inqureret 3. d) Quia 3. e) long. 1. 2. f) inqnisicione 2. g) rihboto 2. 3. h) treviriensis 1. 2; treverentis 3. i) Karolus 1. 2. k) exertitu 3. l) provintia 2. 3. m) lethonem 2. n) regem 3. o) sarabiam 2. p) ad imperatore 2. q) Particio 3. r) relinqueret 2. 3. s) de ac particione 3. t) vastatęque 1; *sed* tęque *in rasura*. u) provintiae 2; provintia 3. v) glassis 3. w) tame 3. x) genue 3. y) impr. 1; *deest* 2. z) atrii — tentoria *in margine eadem manu adiecta* 3. a) mire 3. b) serica 2. 3. c) praeciosa 2. d) orologium 1. 3. e) ereis 3. f) pillulis 2. g) que 3. h) complecionem 2. i) completis 1. k) sue 3. l) aperte 3. m) imperator 1. 2. n) burchartum 1. 2; burghardum 3. o) stabili 3.

1) Carlus iunior . . . cum exercitu . . missus, Aquis ad . . venit *ex Ann. Sith., cetera ex Laur.* 2) Particio regni Fr. ab imp. in v. Th. propter f. suos. Carolus iun. c. ex. missus in Sor. *Ann. Sith., cetera ex Laur.* 3) Aaron rex . . . misit *ex Ann. Sith., cetera ex Laur.*

praedatum venire consueverant, defenderet; a quo, cum venirent et cum eo decertarent, victi ac fugati sunt amissis duodecim navibus et plurimis suorum interfectis.

DCCCVIII. Godafridus[a] rex Danorum, Abodritos bello adgressos[b] quamvis multis afficeret[c] malis[1], cum magno tamen copiarum[d] suarum detrimento rediit, Reginoldo[e] filio fratris sui et optimis[f] militum suorum et manu promptissimorum amissis. Carlus[g] vero filius imperatoris, qui ad resistendum ei, si[h] Saxonum terminos adgredi[b] temptaret, directus fuerat, Albiam ponte iunxit et cum exercitu[i], cui praeerat[k], in Linones et Smeldingos[l], qui et ipsi ad Godafridum[m] defecerant, quanta potuit celeritate, transposuit populatisque circumquaque eorum agris et transito iterum flumine cum incolomi[n] exercitu in Saxoniam se recepit. Eardulf[o] rex Nordanumbrorum[p] regno et[q] patria pulsus ad imperatorem venit et patefacto adventus sui negotio Romam proficiscitur. A. Sith. A. Laur.

DCCCVIIII. Dertosa[r] civitas Hispaniae[s] a Hludowico[t] filio imperatoris obsessa[u], sed[2] non expugnata[v] est. Eardulfus rex Nordanumbrorum[p] in regnum suum[w] reductus est per legatos imperatoris et Leonis papae. His temporibus concilium habitum est de processione Spiritus sancti, quam quaestionem[x] Iohannes quidam monachus[y] Hierosolimis[z] primo commovit; cuius definiendae causa Bernharius[a] episcopus Wangionum et Adalhardus[b] abbas Corbeiae[c] monasterii[d] Romam ad Leonem papam missi sunt. Imperator autem, cum ei multa de iactantia[e] et superbia regis Danorum nuntiarentur[f], iussit castrum Esesfeld[g][3] trans Albiam aedificare[h]. Interea Thrasco dux Abodritorum[i], postquam cum auxilio Saxonum Wilzos[k] et Smeldingos perdomuit et omnes, qui a se defecerant, reverti coegit, in emporio[l] Reric ab hominibus Godafridi[m] per dolum interfectus est. A. Sith. et A. Laur. A. Laur.

DCCCX. Hruoddrud[n] filia[o] imperatoris, quae natu maior erat, VIII. Id. Iunii diem obiit. Imperator vero Aquisgrani adhuc agens et contra Godafridum[p] regem expeditionem[q] meditans nuntium[f] accepit classem ducentarum navium de Nordmannia[r] Frisiam appulisse totasque[s] Frisiaco litori[t] adiacentes insulas esse vastatas iamque exercitum illum in continenti esse ib.

a) gotafridus 1; godofridus 3. b) aggr. 1. c) aficeret 3. d) copium 1. e) reginolto 1. 3. f) obtimis 3. g) Karolus 1. 2. h) *deest* 3. i) exertitu 3. k) preerat 1. l) semel dingos *eraso priore* e 3. m) gotafridum 1. n) incolumi 1. 2. o) Eardulfus 1. 2. p) nordanimbrorum 3*d*. q) *in codice* 3 *hinc incipit fol.* 11, *quod cum duodecimo pro duobus principalis codicis foliis amissis a scriba saec. XI. ad supplendam lacunam additum est; fol.* 12′ *finitur a.* 814. Deinde simili: *intra hoc spatium cod.* 3* *signo et lectiones variantes cod.* 3*c* *et* 3*d adfero, qui intercedente cod.* 3*a ex cod.* 3, *non ex* 3* *pendent.* r) desertosa 3*. s) Yspanie 3*d*. t) ab ludowico 1; a lud. 2; a hlud 3*; a hludawico 3*c*. u) obcessa 3*d*. v) expugnanda 3*d*. w) *deest* 3*d*; in r. s. *des.* 3*c*. x) questionem 1. 3*. y) monacus 3*c. d*. z) iherosolimis 3*c. d*. a) bemharius 3*d*. b) adalhartus 3*; adalbardi 3*c*. c) corbiae 3*. d) monasterie 3*. e) iatantia 3*d*. f) nunc. 3*d*. g) hesfeld 3*. h) edificare 1; aedificari 2. i) obodritorum 3*. 3*c. d*. k) uulcos 3*c*. l) emperio 1; emborio 3*. m) gotafr. 3*; godefr. 3*c*; godofr. 3*d*. n) hroutdrud 3*. o) *deest* 3*d*. p) godefr. 3*c. d*. q) expedicionem 1. 2. 3*c*. r) normandia 3*c*. s) totas 1. t) littori 3*d*.

1) *Ann. Sith.:* Godofridus rex Danorum Abodritos bello adgressus multis afficit iniuriis; *in Ann. Fuldensibus* adgressos *passivo sensu usurpatum fortasse non primo auctori, sed incuriae eorum, qui opus eius exceperunt, debetur.* 2) sed non exp. est *ex Ann. Laur.* (consumptoque in obpugnatione illius aliquanto tempore . . . se recepit); *item* et Leonis papae (*Laur.:* legati imperatoris atque pontificis). 3) *Ann Sith.:* Castrum Essesfleth trans Albiam a Francis aedificatur; *Laur.:* statuit trans Albiam fluvium civitatem aedificare.

ternaque praelia cum Frisonibus[a] commisisse Danosque victores tributum victis imposuisse[b] et vectigalis nomine centum libras argenti a Frisonibus[c] iam esse solutas, regem vero Godafridum[d] domi esse; et revera ita erat. Qui nuntius[e] adeo imperatorem concitavit, ut missis in omnes circumquaque regiones ad congregandum exercitum nuntiis ipse sine mora palatio exiens primo quidem classi occurrere[f], deinde vero transmisso Rheno[g] flumine in loco, qui Lippeham[h] vocatur, copias, quae nondum convenerant, statuit operiri[i]. Ubi dum aliquot[k] dies moraretur, elefans[l] ille, quem ei Aaron rex Sarracenorum[m] miserat[n], subita morte periit. Congregatis[o] tandem copiis, quanta potuit celeritate, ad Alarum fluvium contendit castrisque iuxta confluentem eius, quo Wisurae flumine coniungitur, positis minarum Godafridi[p] regis praestolatur[q] eventum; nam rex ille vanissima spe victoriae inflatus acie se cum imperatore congredi velle iactabat. Sed dum[r] imperator memorato loco stativa haberet, diversarum rerum nuntia[s] ad eum deferuntur[t]: nam et classem, quae Frisiam vastabat, domum regressam et Godafridum[p] regem a quodam suo satellite interfectum, castellum[u] *vocabulo Hohbuochi[v] Albiae flumini *p. 355. adpositum[w], in quo Odo legatus imperatoris et orientalium Saxonum[x] erat praesidium[y], a Wilzis[z] captum et Pippinum filium eius, regem Italiae[a], VIII. Id. Iulii de corpore migrasse duasque legationes de diversis terrarum partibus, unam de Constantinopoli, alteram de Corduba, pacis faciendae causa adventasse narratur. Quibus ille acceptis disposita[b] pro temporis conditione[c] Saxonia domum revertitur. Tanta fuit in ea expeditione[d] boum[e] pestilentia, ut pene nullus tanto exercitui superesset, quin omnes usque ad unum interirent; et non solum ibi, sed etiam per omnes imperatori[f] subiectas provincias[g] illius generis animalium mortalitas immanissime[h] grassata[i] est. Imperator Aquisgrani[k] veniens mense Octobrio[l] memoratas legationes audivit pacemque cum Niciforo[m] imperatore et cum Abulaz[n] rege Hispaniae[o] fecit; nam Niciforo[m] Venetiam[p] reddidit et Haimricum[q] comitem olim a Sarracenis captum Abulaz[n] remittente[r] recepit. Godafrido[s] Danorum rege mortuo Hemmingus[t] filius fratris eius in regnum successit ac[u] pacem cum imperatore fecit.

A. Laur. DCCCXI. Imperator legatos suos Constantinopolim misit Haidonem[v] Basilensem episcopum et Hug[w] comitem Turonicum et Aio Langobardum[x] de Aquileia[y] ad confirmandam cum Niciforo[z] pacem. Condita vero inter imperatorem et[a] Hemmingum[b] Danorum regem[c] pax a duodecim primoribus utriusque gentis, Francorum[d] videlicet et Danorum, iuxta fluvium Egidoram vicissim secundum ritum ac morem suum datis sacramentis confirmatur. Tres quoque exercitus in totidem partes regni Francorum missi: unus in Linones[e], qui eorum terra vastata Hohbuochi[f] castellum[g] priore anno destructum[h] reparavit, alterum[i, 1] in Pannonias ad controversias Hunorum et Sclavorum

a) frisionibus 2; fresonibus *3c*; frenosibus commissise *3d*. b) inp. 3*. c) frisionibus 2; fresonibus *3c*. d) godrafr. 2; godofr. *3d*. e) nuncius *3c*; nunctius *3d*. f) occurre *3d*. g) hreno *3c*; rhero *3d*. h) lippeha *3c. d*. i) opperiri 1. 3*. *3d*. k) aliquos *3c*; aliquod *3d*. l) elephans *3c. d*. m) persarum 3*. n) *deest* *3c*. o) Congregatisque *3d*. p) gotafr. 3*; godefr. *3c*; godofr. *3d*. q) prestol. 1. 3*. r) cum *3c. d*. s) nuncia *3d*. t) defertur 2. 3*. u) catellum *3d*. v) hohbuchi *3c. d*. w) appositum 1. 2. 3*. x) Sax. — Pippinum *des*. *3d*. y) presidium 1. z) vulzis *3c*. a) Italie 1. b) dispositas *3d*. c) condicione 2. d) expedicione 2. e) bonum *3d*; pest. boum 3*. f) imperii 1. 2. 3*. g) provintias 1. 3*. *3d*. h) inman. 3*. i) crassata 3*. k) aquasgrani *3d*. l) octimbrio 1. m) niziforo 1. 2. n) ambulaz 3*. o) Hysp. *3d*. p) ueneciam 1. 2. *3d*. q) heinricum 3*. r) remitente *3d*. s) godefr. *3c*; godofr. *3d*. t) heimmingus *3c*; hyemmingus *3d*. u) et *3c*. v) haitonem 1. 2. 3*; haydonem *3d*. w) huc 1. x) long. 1. 2. y) aquilaia 3*. z) nizif. 1. a) et — primoribus *des*. *3d*. b) heimmingum *3c*. c) regem — Danorum *des*. *3c*. d) frangorum *3d*. e) lilones *3d*. f) hohbuoichi 2. g) catellun *3d*. h) defructum *3d*. i) alter *3c. d*.

1) *Cf. Ann. Laur.:* in tres partes regni sui totidem exercitus misit, unum

finiendas, tertium[a] in Brittones[b] ad eorum perfidiam puniendam; qui omnes rebus prospere gestis reversi sunt incolomes[c]. Interea Karlus[d] filius imperatoris, qui maior natu erat, II. Nonas Decembris obiit.

DCCCXII. Hemmingo Danorum rege defuncto Sigifridus nepos Godafridi[e] regis et Anulo nepos Herioldi[f] succedere volentes, cum inter eos de primatu convenire non posset[g], commisso proelio[h] ambo moriuntur. Pars tamen Anulonis adepta victoriam[i] Herioldum[k] et Reginfridum[l] fratres eius reges sibi[m] constituit; quod necessario pars victa consensit[n]. In eo proelio[o] X milia DCCCCXL viri cecidisse referuntur. Niciforus[p] imperator Graecorum[q] post multas victorias et res prospere gestas a Bulgaris[r] occisus Michaelem[s] successorem accepit. Qui legatos Karli[t] ad Niciforum[u] missos Constantinopoli audivit et absolvit; cum quibus et suos legatos direxit et pacem a[v] Niciforo[p] incoeptam[w] confirmavit. Qui etiam, ubi ad[x] imperatorem Aquisgrani[y] venerunt, scriptum pacti ab eo in ecclesia[z] suscipientes more suo, id est graeca[a] lingua, laudes ei dixerunt[b], imperatorem eum[c] et basileum[d] appellantes. Cum Grimoldo[e] duce Beneventanorum pax facta et tributi nomine XXV milia solidorum auri a Beneventanis accepta. Classis Danorum Hiberniam[f] aggressa[g] a Scottis[h] proelio[i] superatur. Hoc anno post meridiem solis eclipsis[k] fuit. A. Laur.

DCCCXIII. Imperator Amalharium[l] Trevirensem[m] episcopum et Petrum abbatem monasterii Nonantulas propter pacem cum Michaele[n] imperatore confirmandam Constantinopolim misit; Hludowicum[o] filium[p] coronavit et sibi consortem imperii fecit; Bernhardum[q] quoque nepotem suum[r], filium Pippini[s] filii sui, Italiae praefecit[t] et regem appellari iussit. Concilia quoque super statu ecclesiarum[u] corrigendo ab episcopis celebrari[v] iussit, quorum unum Mogontiaci[w], alterum Remis, tertium[x] Turonis, quartum Cabillione, quintum Arelati congregatum est. Quorum ib.
356. gesta qui nosse voluerit, *in praedictis[y] quinque civitatibus[z] invenire poterit. Pons apud Mogontiacum[a] incendio conflagravit.

DCCCXIIII. Karlus[b] imperator, dum Aquisgrani hiemaret, anno aetatis suae circiter LXXI., regni autem XLVII. subactaeque Italiae[c] XLIII.[d], ex quo vero imperator et augustus appellatus[e] est, anno XIIII. V. Kal. Febr. rebus humanis excessit. Cui[1] Hludowicus[f] filius eius suc- ib. A. Sith.
cessit et ad suscepti regni administrationem cura conversa primo legationes A. Laur.
gentium, quae ad patrem venerant, auditas absolvit; deinde simili[g] modo ad patrem quidem missas, ad se vero venientes suscepit et absolutas remisit. Habitoque Aquisgrani generali conventu populi sui ad iustitias[h]

a) tercium 2. 3*; tercius *3c*; tertius *3d*. b) britones 1. 2. *3d*. c) incolumes 1. 2. d) Karolus 1. 2. 3*. *3d*. e) godefr. *3c*; godofr. *3d*. f) herialdi *3c. d*. g) possent *3c*. h) prelio 1. i) adepta victoria 1. k) herialdum *3c. d*. l) raginfridum *3c. d*. m) *deest* 3*; ibi *3c. d*. n) concensit *3d*. o) prelio 1; p̄lio 3*. p) Nizif. 1. 3*. q) grecorum 1. 3*. r) uulgaribus 1. 2. 3*. s) michahelem 1. 2; mihchaelem 3*. t) Karoli 1. 2. 3*. u) nizif. 1. v) ad *3d*. w) inceptam *3d*. x) ab *3d*. y) aquis *3c. d*. z) aeccl. 1. 2. 3. a) greca 1. 3*. *3d*. b) dixerunt ei laudem 3*. c) imp. aquis et 3*. d) basiliseum 2. e) grimallo *3c*; grimaldo *3d*. f) hibenniam 3*; hybern. *3c*. g) agressa *3c*. h) scotis *3c*. i) prelio 1; p̄lio 3*. k) eclypsis 2. 3*. l) amalcharium *3c*. m) treviriensem 1. 2; treveriensem 3*. n) michahele 1. 2; imp. mich. *3d*. o) Hlodouuicum 3*; hludauuicum *3c.d*. p) fil. suum *3d*. q) bernhartum 1. 2. 3*. r) *deest 3c*. s) pipini *3d*. t) prefecit 1. u) aeccl. 1. 2. 3*. v) celebrare 1. w) mogonciaci 1. *3d*. x) tercium 1. 2. 3*. *3c*. y) pred. 1. z) in praed. qu. civ. *des*. 3*. a) mogonciacum *3c*; magont. *3d*. b) Karolus 1. 2. *3d*. c) subactaque italia *ex corr*. 2. d) XLIIII. *3c*. e) appelatus 3*. f) hludawicus *3c*. g) *hic finitur in codice* 3. *fol*. 12′ (3*). h) iusticias 2.

trans Albiam in Linones . . ., alterum in Pannonias . . ., tertium in Britones . . . *Mendum igitur Annalium Fuld. non cuiquam librario, sed primo scriptori ipsi tribuendum videtur.* 1) *Ann. Sith.:* Cui Hloduwicus filius eius succedens erepta p. v. patr. cum magna liberalitate restituit.

faciendas et oppressiones[a] popularium relevandas legatos in omnes regni
A. Sith. sui partes misit et erepta per vim patrimonia multis restituit.
ib. DCCCXV. Exercitus Francorum a Hludowico[b] imperatore ad
auxilium Herioldo[c] Danorum regi ferendum contra filios Godafridi in Nord-
A. Laur. manniam missus[1], cum adversarii eis congredi non auderent, vastatis[d]
circumquaque vicinis pagis et acceptis popularium obsidibus XL reversus
A. Sith. est. Romae[e] quidam primores in necem Leonis papae[f] conspirantes
interficiuntur.
A. Laur. DCCCXVI. Saxones et orientales Franci in Sorabos dicto non obe-
dientes[g] missi contumacium[h] audaciam non magno labore compresserunt.
A. Sith. Wascones gentilicia[i] levitate[k] usi defecerunt[2], sed duabus expeditionibus
A. Laur. ita sunt edomiti[l], ut tarda eis deditio[m] et pacis impetratio videretur.
A. Sith. Leo papa decessit VIII. Kal. Iunii, et Stephanus diaconus pontifex factus
paucis post ordinationem suam diebus ad imperatorem venit, a quo apud
A. Laur. Remorum[n] civitatem[o] honorifice susceptus est. Qui statim adventus sui
causas principi insinuans celebratis[p] ex more missarum sollemniis eum
diadematis inpositione[q] coronavit. Multis deinde inter eos muneribus et
datis et acceptis et amicitia[r] vicissim firmiter roborata pontifex Romam,
imperator Conpendium[s] palatium petiit[t].
A. Sith. DCCCXVII. Eclipsis solis[3] facta est Nonis Febr.; eadem nocte
stella cometes gladio similis visa est. Stephanus papa VIIII. Kal. Febr. diem
obiit, cui Paschalis[u] presbyter[v] successit. Hludowicus[b, 4] imperator
A. Laur. filium suum primogenitum Hlotharium[w] coronavit et[x] nominis atque
imperii sui socium sibi constituit, ceteros reges appellatos unum Aqui-
ib. taniae[y], alterum Baioariae[z] praefecit[a]. Sclaomir dux Abodrito-
rum[b] propterea, quod regiam potestatem, quam post mortem Thra-
sconis solus[c] super Abodritos tenebat, cum Ceadrogo[d] filio Thrasconis[e]
partiri iubebatur, iratus cum populo suo[c] sibi subiecto defecit;
et missa trans mare legatione cum filiis Godafridi[f] amicitias[g] iunxit.
A. Sith. et A. Laur. Bernhardus[h, 5] rex Langobardorum[i] consilio pravorum hominum tyranni-
dem meditatus, cum se a suis deseri vidisset, rebus propriis diffi-
A. Laur. (?) dens[k] apud Cavillionem armis depositis imperatori se tradidit. Legati[6]
Leonis imperatoris de Constantinopoli pro pace ad imperato-
rem Hludowicum[l] missi venerunt, quos ille apud Ingilen-
heim susceptos audivit ac dimisit. Ratgarius abbas Ful-

a) obpressiones 3. b) hlod. 3. c) heriordo 1; herialdo 3. d) *deest* 1. 3. e) Rome 3. f) pape 1. 3. g) oboedientes 1. h) contumatium 2. 3. i) gentilitia 3. k) levitare 1. l) edomati 3. m) editio 3. n) romorum 2. o) civitate 3. p) caelebratis 2. 3. q) imp. 1. r) amicic. 3. s) comp. 1. t) petit 3. u) pascalis 2. 3. v) prƀ 3. w) hlodharium 3. x) et — constituit *manu prima in marg. super. adiecta* 3. y) aquitanie 3. z) baiarie *(sic)* 3. a) prefecit 1. b) obodr. 3. c) *deest* 1. d) cheadrogo 2. e) trhaschonis 2; trasconis 3. f) godofr. 3. g) amitic. 2; amicic. 3. h) Bernhartus 1. i) long. 1. 2. k) difidens 3. l) hlod. 3.

1) Exerc. — missus *ex Ann. Sith.*, cum — rev. est *e Laur.* 2) Gens Wasconum gentilitia levitate usa deficit *Ann. Sith.*; Vascones . . . solita levitate commoti . . . defectione desciverunt *Ann. Laur.* 3) lunae *Ann. Sith. et Laur.* 4) Hlud. imp. *ex Ann. Sith., cetera e Laur.* 5) Bernh. r. Lang. *ex Ann. Sith., cetera e Laur.* 6) *Haec quoque ex Annalium Sithiensium exemplari paulo uberiore quodam fluxisse videntur, quippe quae a Laurissensibus longius recedant; quod exemplar, ex quo codex Sithiensis descriptus videtur esse, suspicor an Annales quidam Blandiniani fuerint, qui ad nostra tempora non venerunt, ab ipso Einhardo compositi et, quamdiu vixit, continuati.*

densis coenobii[a] accusatus a fratribus et convictus deponitur[1].

DCCCXVIII. Bernhardus[b, 2] Francorum iudicio[c] excaecatus[d] moritur; similiter et auctores coniurationis capitali sententia damnati[e] luminibus tantum orbantur. Episcopi synodali[f] decreto depositi monasteriis mancipantur; ceteri[g], prout quisque nocentior vel innocentior apparuit, vel exilio deportatus vel tonsus et in monasterium missus est. Imperator[3] vero Brittanniam[h] cismarinam bello petens captisque rebellionum munitionibus[i] brevi totam in suam potestatem redegit. Nam Mormanno, qui in ea tyrannidem[4] exercuit, occiso nullus Britto[k] inveniebatur, qui resisteret aut imperata facere renueret[l]. Eclypsis[m] solis contigit VIII. Id. Iul. Irmingardis regina V. Non. Oct. decessit. Monasterio Fuldensi Eigil abbas electus et ordinatus est. A. Sith. A. Laur. A. Sith. A. Laur. A. Fuld. ant.

p. 357. *DCCCXVIIII. Sclaomir dux[5] Abodritorum[n] a primoribus populi sui multis criminibus accusatus, cum obiecta sibi rationabiliter[o] effellere non posset, exilio condemnatus est et regnum Ceadrogo filio Thrasconis[p] datum. Similiter et Lupus Wasco de perfidia convictus exilio deportatus est. Conventus Aquisgrani habitus est, in quo multa de statu[q] ecclesiarum[r] et monasteriorum tractata atque ordinata sunt; legibus etiam capitula quaedam[s] pernecessaria, quia deerant, addita sunt. Imperator inspectis plerisque nobilium filiabus Iudith filiam Huelpi comitis duxit uxorem. Contra Liudewitum quoque Sclavum in Pannonia rebellantem[t] exercitus de Italia missus rebus[6] parum prospere gestis infecto pene negotio[u] regressus est. Pippinus filius imperatoris Wascones vicit ac subegit. Hoc anno basilica sancti Bonifacii[v] martyris in coenobio[w] Fuldense ab[7] Heistolfo[x] archiepiscopo dedicata est in honorem Domini Salvatoris et omnium sanctorum eius, translataque sunt ossa sancti martyris[y] Kalendis Novembribus. A. Laur. A. Sith. et A. Laur. A. Fuld. ant. Hrab.

DCCCXX. Tres[8] exercitus contra Liudewitum in Pannoniam mittuntur; quorum unus de Italia per Alpes Noricas, alter de Saxonia per Carantanorum provinciam[z], tertius[a] Francorum per Baioariam et Pannoniam superiorem ingressi, cum in unum venerunt, totam pene regionem ferro et igni[b] devastantes nullo gravi damno[c] accepto reversi sunt. Is tamen, qui per Pannoniam superiorem iter fecerat, in transitu Dravi fluminis ex locorum et aquarum insalubritate soluti ventris incommodo graviter affectus[d] est, et pars eius non modica hoc modo[e] consumpta. Bera A. Laur. et A. Sith. A. Laur.

a) cenobii 3. b) Bernhartus 1. c) iuditio 3. d) excecatus 1. 3. e) dampnati 2. 3. f) sinodali 3. g) cȩteri 2. h) britanniam 1. 2. i) municion. 3. k) brito 1. 2; bretto 3. l) rennueret 3. m) eclipsis 1. 3. n) obodr. 3. o) *deest* 1. 2. p) trasconis 3. q) de st. *des.* 1. r) ȩccl. 1. 2. s) quedam 3. t) repellantem 3. u) negocio 1. v) bonefacii 3. w) cenobio 3. x) hestolfo 3. y) martiris 1. 3; et omn. — mart. *manu prima in margine adiecta* 3. z) provintiam 2. 3. a) tercius 1. 2. b) igne vastantes 1. c) dampno 2. d) afflictus 1. e) morbo 1.

1) *Cf. Simson, 'Jahrbücher Ludwigs d. Frommen' I, Exc. II, p.* 371—376. 2) Bernh. — moritur *ex Ann. Sith., cetera e Laur.* 3) Imp. — petens *ex Ann. Sith., cetera e Laur.* 4) *Ex Ann. Sith.* (Mormannum eorum tyrannum); regiam potestatem *Laur.* 5) Abodr. rex *Ann. Laur.* 6) rebus — est *ex Ann. Laur., cetera e Sith.* 7) ab — Novembribus *ex Hrabani 'Denotatione dedicationis ecclesiae' etc., quae inter carmina eius traditur; Poetae lat. II, p.* 205. 8) *Ann. Sith.:* Tres exercitus de Francia, Saxonia atque Italia in Pannoniam contra Liudiwitum missi; *Ann. Laur.:* tres ex. c. Liudew. mitt., qu. u. de I. p. A. N., alter per Car. pr., tercius per Bai. *et cetera.*

comes Barcinonae[a] infidelitatis a vicinis suis insimulatus cum accusatore[b] suo equestri pugna confligere conatus vincitur; et ut reus maiestatis capitali sententia damnatus[c] parcente ei imperatore exilio deportatur.
A. Sith. Propter nimietatem pluviarum aere[d] corrupto[1] hominum et boum pesti-
A. Laur. lentia longe lateque ita grassata est, ut vix ulla pars regni Francorum ab hac peste inmunis[e] posset inveniri. Fruges quoque vel colligi[f] non poterant vel collecta[2] putruerunt. Vinum etiam propter caloris inopiam acerbum et insuave fiebat.

A. Sith. DCCCXXI. Hludowicus imperator Noviomagi* divisionem regni fecit inter filios suos; deinde in villa Theodonis[g] omnes, qui suo tempore in exilium missi fuerant[h], revocavit et singulis in statum pristinum restitutis[3]
A. Laur. possessiones quoque iudicio[i] legis in fiscum[k] redactas magna liberali-
A. Sith. tate restituit. Hlotharius[l] [4] filius eius uxorem duxit et apud
A. Laur. Wormaciam[m] hiemavit. Ceadrogo princeps Abodritorum[n] quia perfidiae et cuiusdam cum filiis Godafridi[o] factae societatis[p] notabatur, Sclaomir aemulus[q] eius in patriam remittitur. Qui, cum in Saxoniam venisset, aegritudine[r] decubuit; percepto[s] baptismi sacramento defunctus est[t].

ib. DCCCXXII. In regione Thuringorum quodam in loco iuxta fluvium N. cespes[u] longitudine pedum quinquagenum, latitudine quattuordenum[v], altitudine sesquipedali[w] de terra sine manibus et praecisus[x] et sublatus est; et ab eo loco, in quo sumptus est, XXV pedum spatio[y] distans inventus est. Item in parte orientalis Saxoniae[z], quae Soraborum finibus contigua est, in quodam deserto loco iuxta lacum, qui dicitur Arnseo, terra[a] in modum aggeris intumuit et limitem unius leugae spatio[b] porrectum sub una nocte absque humani operis molimine ad instar valli[c] subrexit.
A. Sith. Hludowicus[d] imperator sacerdotum usus consilio de omnibus, quae publice perperam gessit, publicam poenitentiam egit[e] et post haec[f] cuncta, quae in regno suo corrigenda invenire[g] potuit, corrigere atque emendare curavit. Hlotharius[h] in Italiam, Pippinus frater eius et ipse uxore ducta
A. Fuld. ant. in Aquitaniam missus est. Eigil[i] abbas Fuldensis coenobii[k]
A. Laur. 823? defunctus Hrabanum[l] successorem reliquit[m]. Ebo Remorum episcopus genti Nordmannorum evangelizavit verbum Dei[5].

A. Sith. *DCCCXXIII. Hlotharius[n] iuvenis rogante Paschale papa Romam veniens ab eodem coronatur et a populo Romano imperator augustus[6] appel- *p. 358.
A. Laur. 822. latur. Liudewitus, qui superiore anno propter exercitum contra se

*) Warmatie *manu saec. XIII. superscriptum in cod.* 3.

a) barcenone 3. b) accussatore 1. c) dampn. 2. d) aerę 2. e) imm. 1. f) colli 3. g) theotonis 1. 2. h) fuerunt *corr.* fuerant 1; fuerunt 3. i) iuditio 1. 3. k) in fiscum *des.* 2. l) hludharius 3. m) Wormaticam 3. n) obodr. 3. o) godifridi 2; godofridi 3. p) facte sotietatis 3. q) emulus 1. r) egritudine 1. 3. s) perceptione 3. t) moritur 1. 2. u) cespis 3. v) quatuord. 1. 2. w) sexquipedali 3. x) precisus 1. y) spacio 1. z) saxonie 3. a) *deest* 1. b) spacio 2. 3. c) vallis 2. d) lud. *eraso* h 1; hlod. 3. e) gessit 3. f) hec 3. g) inveniri 3. h) hlutharius 1; hlodharius 3. i) egil 2. k) cenobii 3. l) h *erasum* 1. m) accepit 3. n) Hlodharius 3.

1) Propter — aer corruptus *Ann. Sith.* 2) frumenta . . . collecta *Ann. Laur.* 3) Hlud. — revocavit et unumquemque in suum statum restituit *Ann. Sith.; ea, quae sequuntur ex Ann. Laur.* 4) Hlotharius iuvenis *Ann. Sith.;* filium autem Hloth. *A. Laur.* 5) *Dubito an haec ex pleniore Annalium Sith. exemplari sive Annalibus Blandinianis petita sint.* 6) *Ex Ann. Laur.* (imperatoris et augusti nomen accepit).

missum relicta Siscia civitate ad Sorabos, qui magnam Dalmatiae[a] partem obtinere dicuntur, fugiendo se contulit, cum[b] iterum in Dalmatas ad Liudemuhslum avunculum Bornae[c] ducis pervenisset, dolo A. Laur. 823.
ipsius interfectus est. Hoc anno prodigia quaedam[d] extitisse narrantur, in quibus praecipua[e] fuerunt in Aquense palatio terrae[f] motus et in territorio Tullense iuxta villam Commerciacum puella quaedam[d] annorum fere duodecim ab omni cibo per decem menses abstinens et in Saxonia in pago, qui vocatur Firihsazi, XXIII villae[g] igne caelesti[h] concrematae[i] et fulgora[k] sereno atque interdiu de caelo[l] cadentia. Et in territorio Cometensi Italiae[m] civitatis in vico Grabadona[n] in ecclesia[o] sancti Iohannis baptistae[p] imago sanctae[q] Mariae puerum Iesum gremio continentis[r] ac magorum munera offerentium in absida[s] eiusdem ecclesiae[t] depicta et ob nimiam vetustatem obscurata et pene abolita tanta claritate per duorum dierum spatia effulsit, ut omnem splendorem novae picturae suae vetustatis pulchritudine[u] cernentibus penitus vincere videretur; magorum tamen imagines praeter[v] munera, quae offerebant, minime[w] claritas illa inradiavit[x]. Et in multis regionibus [fruges[y]] grandinis vastatione deletae[z] atque in quibusdam locis simul cum ipsa grandine veri lapides atque ingentis ponderis decidere visi. Domus quoque de caelo[a] tactae[b] hominesque ac cetera animalia passim fulminum ictu praeter[c] solitum crebro exanimata dicuntur. Secuta est ingens pestilentia atque hominum mortalitas magna.

DCCCXXIIII.[d] Rex Bulgarorum[e] Omortag pacis faciendae[f] gratia ib.
ad imperatorem legatos et litteras[g] misit; quos rex auditos remisit et cum eis Machelmum[h] de Baioaria ad memoratum regem direxit. Paschalis[i] papa defunctus et Eugenius pro eo pontifex constitutus est. Imperator Hlotharium filium suum ad iustitias[k] faciendas Romam misit. Ipse cum exercitu Brittanniam[l] petit divisisque in tres partes copiis totam ferro et igni[m] devastat acceptisque a perfido Brittonum[n] populo, quos imperaverat, obsidibus reversus est. Hoc anno hiems[o] [1] aspera et valde prolixa facta est, quae non solum animalia, verum etiam homines quosdam immanitate frigoris extinxit. Ante solstitium[p] quoque paucis diebus in territorio Augustadunense[q] aere in tempestatem subita mutatione converso ingens fragmentum ex glacie[r] simul cum grandine[s] decidisse perhibetur, cuius longitudo quindenum, latitudo septem[t], crassitudo duorum pedum fuisse dicitur.

DCCCXXV. Iterum rex Bulgarorum[u] alios legatos ad imperato- ib.
rem misit, de terminis videlicet ac finibus inter Francos et Bulgaros[v] constituendis. Quibus rex auditis per eosdem, qui ad se missi fuerant, legatos regi eorum missis litteris[w], prout videbatur, respondit. Wiho-

a) dalmacie 3. b) et *codd.* c) Borne 3. d) quedam 3. e) precipua 1. f) terre 3. g) ville 3. h) celesti 3. i) concremate 3. k) fulgura 1. 2. l) celo 3. m) italicę 2; italice 3. n) gradabona *codd.* o) ęccl. 1. 2. p) baptiste 3. q) sc̄e 3. r) continens *codd.* s) bsida 2. t) ęccl. 1. 2; eccl̄e 3. u) pulchritudinę 1. v) preter 1. w) minine 3. x) irr. 1. 2. y) *deest in codd.* z) delectę 1; delete 3. a) celo 3. b) tacte 3. c) preter 1. 3. d) DCCCXXIII *in marg.* 1. e) uulgarum 1. 2. f) faciendi 3. g) literas 1. h) maghelmum 3. i) pascalis 3. k) iusticias 1. 2. l) britanniam 1. 2. m) igne 1. 2. n) britonum 1. 2. o) hiemps 2. 3. p) solsticium 2. 3. q) augustadunense *corr.* augustvdunense 2. r) clatie 3. s) gandine 3. t) septenum 3. u) uulgarum 1. 2. v) uulgaros 1. 2. w) literis 1.

1) *Haec et alia plurima eorum, quae ab hoc anno a Laurissensibus aliqua ex parte discrepantia inveniuntur, fortasse ex antiquiore illo Annalium Sithiensium exemplari petita sunt, de quo supra ad a.* 817. *mentionem feci.*

marcus Britto[a] perfidus terminos Francorum incendiis et direptionibus infestare non cessavit, donec ab hominibus Lantberti[b] comitis in domo propria circumventus et occisus est. Imperator cum filiis Godafridi[c] pacem, quam ipsi petebant, cum eis in marca[d] eorum confirmare iussit. In territorio Tullense iuxta Commerciacum[e] villam puella duodenis[1] post sacram communionem, quam in pascha a sacerdote susceperat, primo pane, deinde aliis communibus[2] cibis et potibus ita abstinuit, ut nulla penitus corporis alimenta percipiens plenum triennium sine omni victus desiderio compleverit. Coepit[f] autem ieiunare anno incarnationis dominicae[g] DCCCXXIII., *sicut in ipsius anni descriptione *p. 359. superius adnotatum est, et in hoc anno, id est DCCCXXV. circa Novembris mensis initium escam sumere ac more ceterorum[h] mortalium manducando vivere coepit[i].

A. Laur. 823. DCCCXXVI.* Cum regi Bulgarorum[k] legati sui, quid[l] egerint, renuntiassent[m], iterum eum, quem primum miserat, ad imperatorem cum litteris remisit, rogans, ut sine mora[n] in dispositione terminorum diffinitio fieret vel, si hoc non placeret, suos quisque terminos sine pacis foedere tueretur. Quem imperator susceptum et auditum sine litteris remeare fecit. Mense autem Maio apud Ingilenheim[o] habito conventu diversarum gentium legationes auditas absolvit. Quo tempore Herioldus[p] cum uxore et magna Danorum multitudine apud Mogontiacum[q] baptizatus est. Georgius[r] quidam presbyter[s] de Venetia cum Baldrico comite Foroiuliense veniens organum ydroulicum[t] Aquisgrani fecit. Postea vero, cum imperator in Salz villa regia conventum haberet, perlatum est ad eius notitiam[u], quomodo Aizo Gothus de palatio[v] fugiens[w] ad Sarracenos se contulisset et inde auxilia contra nostros accepisset. Graviter[3] accepit; tamen, ne quid inconsulte ageret, adventum consiliariorum[x] suorum iudicavit opperiri. Dum haec[y] aguntur, Hildoinus[z] abbas monasterii sancti Dionisii Romam mittens annuente precibus[a] eius[b] Eugenio apostolicae[c] sedis tunc praesule[d] ossa beati martyris[e] Christi Sebastiani accepit et ea apud Suessonum[f] civitatem in basilica sancti Medardi collocavit. Ubi dum adhuc in loculo, sicut allata[g] erant, inhumata iacerent, tanta signorum ac prodigiorum multitudo claruit, tanta virtutum vis in omni genere sanitatum per divinam gratiam[h] enituit, ut a nullo mortalium[i] eorundem[k] miraculorum aut numerus comprehendi aut varietas valeat enarrari.

ib. DCCCXXVII. Exercitus a rege Sarracenorum Abdiraman ad auxilium Aizoni ferendum duce Abumarvan regis propinquo Gerundam[l. 4]

*) *In margine cod.* 1 *prima manu add.:* Heistolfus archiepiscopus ø XII.

a) brito 1. 2. b) lamberti 2. c) godofridi 3. d) marca *corr.* marcha 2. e) commertiacum 2. 3. f) cępit 2. g) dominice 3. h) cęterorum 1. i) cepit 3. k) uulgarum 1. 2. l) quod 2. m) renunc. 3. n) morarum 1. 3. o) ingalenheim 3. p) herialdus 3. q) mogontiam 3. r) Georius 3. s) presbiter 3. t) ydroul. *corr.* ydraul. 1. u) noticiam 2. v) palacio 3. w) fugens 3. x) consiliarum 3. y) hec 3. z) hildiuuinus 3. a) p̄cibus 3. b) *deest* 2. 3. c) apostolice 3. d) presule 1. e) martiris 1. f) suessonam 1. 3. g) alata 3. h) graciam 3. i) mortaluum 3. k) earundem *codd.* l) gerendam 1.

1) annorum circiter XII *Ann. Laur.* 2) omnibus *Ann. Laur.* 3) *Fortasse quaedam verba exciderunt, ut* Quod imperator quamquam. 4) Caesaraugustam venisse nunciatur *Ann. Laur.*

venit. Cui Pippinus filius imperatoris cum exercitu missus resisteret, nisi desidia ducum, quos copiis praefecerat, tardius, quam rerum necessitas postulabat, is, quem ducebant, ad marcam[a] venisset exercitus. Quae tarditas in tantum noxia fuit, ut Abumarvan vastatis Barcinonensium[b] ac Gerundensium agris villisque incensis cum incolomi[c] exercitu Caesaraugustam[d] se prius reciperet, quam a Francorum exercitu potuisset vel videri. Huius cladis praesagia credita sunt visae[e] multoties[f] in caelo[g] acies et ille terribilis nocturnae[h] coruscationis in aere discursus. Interea Bulgari[i] Sclavos in Pannonia sedentes misso per Dravum navali exercitu ferro et igni[k] vastaverunt et expulsis eorum ducibus Bulgaricos[l] super eos rectores constituerunt. Corpora beatorum Christi martyrum Marcellini et Petri mense Novembrio[1] in Franciam[m] allata sunt.

Eugenio papa defuncto Valentinus diaconus successit; quo post[n] paucos dies mortuo Gregorius presbyter tituli sancti Marci pontificatum suscepit.

DCCCXXVIII. Reliquiae[o] sancti Marcellini martyris[p] post pascha ad Aquis palatium delatae[q] et[r] per eas ibi multa signa facta sunt[2].

Hlotharius[s.3] cum exercitu ad marcam Hispanicam[t] missus est, A. Laur. similiter et Hludowicus[u] iuvenis contra Bulgaros[v.4]. Foedus[w] cum Nordmannis factum per neglegentiam ruptum et castra nostrorum a Nordmannis direpta sunt.

p. 360. *DCCCXXVIIII. Ante pascha in sabbato[x] sancto[5] terrae[y] ib. motus noctu Aquisgrani factus. Imperator generalem conventum mense Augusto Wormaciae[z] habuit. Bulgari[a] navibus per Dravum

a) marcham 2. b) barcenonensium 3. c) incolomi *corr.* incolumi 1; incolumi 2. d) cesar aug. 3. e) vise 3. f) multotiens 1; multociens 2. g) celo 3. h) nocturne 3. i) uulgari 1. 2. k) igne 1. 2. l) uulgaricos 1. 2. m) frantiam 3. n) propter 3. o) Reliquie 3. p) martiris 1. q) delate 3. r) et *deest* 2. s) hlutharius 3. t) hispaniam 2. u) hludawicus 3. v) uulgares 1; vulgaros 2. w) fedus 3. x) sabato 3. y) terre 3. z) wormacie 1. 3. a) Vulgari 1. 2.

1) Octobrio *Ann. Laur.; secundum Translationem Marcellini et Petri ab Einhardo conscriptam (SS. XV, p.* 238—264. *ed. Waitz) I,* 7 *sq. reliquiae sanctorum sexto die, postquam Papia eductae erant, ad sanctum Mauricium advenerunt; inde 'Solodurum Burgundionum oppidum' (Solothurn), inde Argentoratum, inde Michilinstadum translatae sunt, unde XVI. Kal. Febr.* (828) *Mulinheimum (Seligenstadt) pervenerunt. Haec inter Annales Laurissenses et nostros discrepantia facile solvitur ea re, quod verba 'in Franciam allata sunt' in varias sententias accipere licet: fortasse reliquiae mense Octobri Agaunum, Novembri Michilinstadum apportatae sunt. Cf. W. Giesebrecht, 'Jahrb. d. hist. Cl. d. Königl. Akad. d. Wiss.', München* 1865, *p.* 229 *sqq.; Jaffé, Bibl. IV, p.* 498. 2) *Pars scilicet reliquiarum Marcellini, quam Hildoinus abbas iniuste sibi retinuerat, monente Einhardo ab illo post pascha a.* 828. *Aquas delata et inde eodem anno deducta Mulinheimi cum ceteris coniuncta est; cf. Transl. II,* 3 *sqq.; Giesebrecht l. l.* 3) *Etiam in hoc anno et eo, qui sequitur, compluria cum Ann. Laur. congruunt; tamen dubito an Fuldensium auctor hinc non ipsis Laurissensibus, sed brevioribus solum illis annalibus, quos Blandinii ortos esse supra (a.* 817*) suspicati sumus, usus sit.* 4) *De hac expeditione cf. Dümmler, 'Gesch. d. Ostfränkischen Reiches'* [2]*I, p.* 37 *sq.* 5) paucis ante sanctum pascha diebus *Ann. Laur.*

fluvium venientes quasdam villas nostrorum flumini vicinas incenderunt. Bernhardus comes[a] Barcinonensis in palatio camerarius constitutus, et Hlotharius[b] in Italiam profectus est.

A. Bert. DCCCXXX. Commotio[1] contra imperatorem a primoribus Francorum in Compendio exorta propter Bernhardum, quem in palatio esse noluerunt. Quo inde depulso atque fugato in gratiam cum eo redierunt, sed ad breve temporis spatium[c].

ib. DCCCXXXI. Conventu apud Noviomagum habito[2] imperator omnes, qui sibi contrarii fuerunt, velut iuste exauctoravit; quosdam publicis, quosdam privatis rebus expolians, quosdam in exilium mittens multum contra se et Iudith uxorem suam non solum populi, sed etiam filiorum suorum animos concitavit.

ib. DCCCXXXII. Imperator mense Maio contra Hludowicum[d] filium ad Augustam Vindelicam[e] cum exercitu venit. Inde[3] reversus in Aquitaniam Pippinum filium regno privavit; sed inde, postquam uxorem abdicavit[4], cum magna difficultate ad Aquense palatium regressus est. Sol defecit II. Non. Mai. et luna XIII. Kal. Iunii[f. 5].

ib. DCCCXXXIII. Imperator initio[g. 6] quadragesimae[h] Wormaciam[i] venit et ibi uxore revocata[4] atque exercitu congregato contra[7] filios suos ad se venire volentes in Alisatiam[k] profectus atque ibi a suis desertus ac proditus et in filiorum potestatem redactus est. Erat ibi cum filiis Gregorius papa Romanus.

a) comis 3. b) hludharius 3. c) spacium 2. d) hludawicum 3. e) vindelicum 1. 2; -cum *corr.* -cam 3. f) XIII. Non. Iun. 3. g) in initio 1; inicio 2. h) quadragesime 3. i) wormaticam 3. k) alsatiam 1; Alsaciam 2.

1) *De his rebus cf. Simson, 'Jahrbücher Ludwigs des Frommen' I, p.* 352—355; *Dümmler l. l. p.* 55—58. *Abhinc paene omnia, quae in hac Ann. Fuld. parte narrantur, cum Ann. Bertinianis in rebus atque saepius etiam in verbis congruunt. Tamen non ex ipsis eis annalibus multo largioribus nostros admodum breves haustos esse dicemus, si, quomodo auctor antea Annalibus Laurissensibus usus sit, reputaverimus, sed ex interpositis quibusdam aliis brevioribus, eisdem videlicet, quos supra (a.* 817*) Blandinianos diximus.* 2) *Mense Octobri anni* 830. *P.; coniuratorum damnatio a.* 831. *demum mense Februario Aquis perfecta est. Cf. Simson l. c. p.* 359—363; *Dümmler p.* 59—62. 3) *Cf. Thegani Vitam Hludow.* 41: inde revertens perrexit in Aquitaniam; imperator inde revertens venit Aquis; *Simson II, p.* 23—30; *Dümmler p.* 70—72. 4) *Errat auctor; hoc enim iam a.* 830. *factum est. Simson de rebus a.* 833. *et* 834. *gestis cogitat; cui equidem non assentior, propterea quod de illis infra (a.* 834*) mentio fit.* 5) *Ann. Bert.:* Quo etiam tempore eclipsis lunae XIII. Kalend. Mai post solis occasum facta est. 6) ante initium quadr. *Ann. Berth.* 7) *Cf. Theg. V. Hlud.* 42: audivit, ut iterum filii sui ad eum venire voluissent non pacifice; qui congregavit exercitum. . . . Filii autem eius perrexerunt obviam ei cum Gregorio papa Romano. *Simson p.* 44—53; *Dümmler p.* 75—81.

DCCCXXXIIII. Post haec[a] iudicio[b] episcoporum arma deposuit[1] et ad[c] agendam poenitentiam[d] inclusus est, uxor in Italiam ducta. Proximaque aestate[e, 2] ipse relaxatus arma resumpsit, uxorem recepit, Hlotharium[f] ad[g] Italiam cum his, qui eum sequi volebant, redire coegit. Pugnatum est eodem anno cum Mahtfrido[h] et Lantberto[3]; in quo proelio[i] perierunt Uodo[k] comes Aurelianensis[l, 4] et Theodo abbas sancti Martini Turonensis et alii multi. A. Bert.

DCCCXXXV. Imperator cum filiis Pippino et Hludowico[m, 5] conventum generalem habuit[n] apud Lugdunum dispositisque ibi illarum partium causis ad Aquense palatium reversus est. Nordmanni Dorestadum[o, 6] vastaverunt. ib.

DCCCXXXVI. Imperator in palatio Thiodenhove[p] conventum habuit, ad quem[7] Hlotharius[q] venire non potuit, quia graviter et usque ad desperationem aegrotavit[r]. Quo peracto imperator Franconofurd[s] venit, inde ad sanctos Marcellinum et Petrum* et inde ad Ingilenheim et inde ad[t] Aquense palatium rediit. Nordmanni Andwerpam civitatem incendunt, similiter et Witlam[8] emporium iuxta ostium Mosae[u] fluminis, et a Frisionibus tributum acceperunt. ib.

DCCCXXXVII. Ticinum[v] in Italia III. Kal. Ian. noctu octies tremuisse perhibetur. Plures ex primoribus Italiae[w] defuncti sunt, inter quos praecipui[x] fuerunt Lant- Dec. 30. ib.

*) hoc est Saliginstat *add. m. saec. X. aut XI. in margine cod.* 3.

a) hec 3. b) iuditio 3. c) *deest codd.* d) penit. 3. e) estate 3. f) hludharium 3. g) *deest* 2. h) mahtfredo 1. 2; mahcfrido 3. i) prelio 1. k) ûôdo 1. l) aurelianenš 2; aurilianenš 3. m) hludawico 3. n) *deest* 1. o) dorestatum 1. 2. p) theodenhove 3. q) hlutharius 3. r) egrotavit 3. s) in franconofurt 1; ad fr. 2; franconfurdum 3. t) *deest* 3. u) m. flum. ost. 1; mose 3. v) ticenum 3. w) italie 3. x) precipui 1.

1) *Mense Octobri anni* 833, *in conventu Compendiensi. P. Cf. Simson p.* 63—76; *Dümmler p.* 84—88, *de imperatrice a.* 833. *Tortonam abducta S. p.* 53, *D. p.* 83. 2) *I. e. aestate huius a.* 834. *P. Non aestate, sed Kal. Mart. Ludowicus in conventu ad S. Dionysium habito 'cingulum militare', ut ipse ad Hilduinum scribit, 'resumpsit'; cf. Simson p.* 90, *Dümmler p.* 95. *Aestate Iudith reversa est; S. p.* 99—102, *D. p.* 96. 3) *Aurelianensi et Namnetensi comitibus, qui maxime omnium Lotharii partibus studebant; cf. de proelio mense Iunio facto Simson p.* 102—105, *Dümmler p.* 97 *sq.* 4) *Qui ab imperatore in Mahtfridi loco positus erat.* 5) *Cf. Theg. c.* 57 *et Ann. Xant.; in Ann. Bert., qui placitum* in Stremiaco prope Lugdunum *habitum esse narrant, filii non commemorantur. Simson p.* 139—141, *Dümmler p.* 111 *sq.* 6) *Hodie Wyk-te-Duerstede ad Rhenum. P.* 7) *Hic duo conventus confunduntur, alter mense Maio Thiodonisvillae habitus et alter Septembri Wormatiae, ubi Hlotharius frustra exspectabatur; cf. Simson p.* 153—156, *Dümmler p.* 118 *sq.* 8) *Cum Mosa prope Briel emporium mare influat, Witlam vel in ipso loco vel in eius regione sitam fuisse apparet; alii perperam Wilteburgum in provincia Ultraiectina esse putaverunt. P.; cf. Simson p.* 159, *Dümmler p.* 122.

bertus et Hugus[a]. *Stella cometes in signo Librae[b] apparuit *p. 361.
Apr. 11. III. Id. April. et per tres noctes visa est. Nordmanni tri-
A. Bert. butum exactantes in Walchram insulam venerunt ibique Eggi-
hardum[c] eiusdem loci comitem et Hemmingum[d] Halp-
Iun. 17. dani[e] filium cum aliis multis XV. Kal. Iulii[1] occiderunt
et Dorestadum[f] vastaverunt; acceptoque a Frisionibus tri-
buto reversi sunt. Imperator omisso itinere Italico Aquisgrani
hiemavit.

Ian. 18. DCCCXXXVIII. XV.[g] Kal. Febr. vespere[h] terrae[i]
motus apud[k] sanctum Nazarium et in Wormacense ac[l]
Spirense et Lobadunense[m] factus est. Naves contra Nord-
mannos aedificantur[n].[2]. Optima pars regni Francorum[3]
Carlo[o] iuveni data est. Hlotharius[p] et Hludowicus[q] in valle
Tredentina[r] colloquium[s] habuerunt ante mediam quadra-
gesimam[4].

Sept. 22. [In[t] festo sanctorum Mauricii et sociorum eius magna
839. Apr. 6. nix ubique cecidit et duravit usque ad pascha in tota
regione per XXVIIII hebdomadas.][5]

Huc usque Einhardus[u].

a) s *erasum* 1. b) libre 3. c) eggihartum 1. d) hemniggum *corr.* hemningum 1. e) halbdani 1. 2. f) dorestatum 1. 2. g) V. Kalendarum *Mon. Kirschgart.* h) vesperi 3. i) terre 3. k) aput 3. l) et in 1. m) lobadanense 1. 2. n) edificantur 3. o) karolo 1. 2. p) Hludharius 3. q) Hludawicus 3. r) tridentina 2. s) conl. 3. t) In — hebdomadas *desunt in codicibus.* u) *verba* H. u. E. *in margine cod.* 1 *posita des.* 2. 3; Enhardus 1; Huc usque scripsit Einhardus *Mon. Kirschg.*

1) *Hoc non convenire cum diplomatis Ludowici Iun.* 15. *Gundulfi villae et Iun.* 16. *et* 18. *Theodonis villae datis Mühlbacher, 'Regesten d. Kaiserreichs unter d. Karol.' p.* 355 *cognovit; cf. Dümmler p.* 123. 2) copiosus circa maritima apparatus distributus est *Ann. Bert.* 3) pars Niustriae . . . ducatus videlicet Cenomanicus omnisque occidua Galliae ora intra Legerim et Sequanam constituta *Ann. Bert.* 4) inchoatisque quadragesimae ieiuniis imperatori sermo innotuit Hlodowicum fratris Hlotharii intra Alpium septa colloquium expetisse *Ann. Bert.* 5) *Haec apud unum Monachum Kirschgartensem (v. Ludewig, Reliquiae manuscr. II, p.* 28*) leguntur, qui praeter codicem Wormatiensem amissum ipsius Einhardi libro autographo usus videtur esse.*

ANNALIUM FULDENSIUM PARS SECUNDA
(FULDENSIS)

AUCTORE RUODOLFO
A. 838—863.

838.

Imperator[a] vero mense Iunio Noviomagi conventu generali habito consiliis quorundam ex primoribus Francorum adquiescens[b] pacti conscriptione Hludowico[c] filio suo regnum orientalium Francorum, quod prius cum favore eius tenuit, interdixit. Ille autem intellegens[d] ex invidia consiliantium talem prodisse sententiam edicto posthabito III. Kal. Dec. ad Franconofurt[e] cum suis venit[1]. Contra quem imperator quasi sibi adversantem cum exercitu veniens Mogontiaci[f] natale[g] Domini celebravit. Iun. Nov. 29. Dec. 25.

Pippinus[h] quoque filius eius, rex Aquitaniorum, mense Novembrio[i] eiusdem anni defunctus est[2]. Nov. (Dec. 13).

839.

DCCCXXXVIIII. Imperator vero[k] post peractam festivitatem natalis Domini et theophaniae[l] VII.[m] Idibus Ianuariis cum exercitu navigio Rhenum transiit, obvios habens Saxones partim minis partim suasionibus Adalberhti[n] comitis[3] adductos. Quo cognito Hludowicus[c] nefas esse sciens filium patri repugnare cedendumque tempori iudicans in Baioariam se recepit. Imperator autem in Ian. 7.

a) *codices uno tenore pergunt et ad vocem* quadragesimam *ea, quae sequuntur, nullo spatio intermisso adnectunt.* b) acqu. 2. c) hludaw. 3. d) intelligens 3. e) francofurt 1. 3. f) mogonciati 3. g) natalem 3. h) Pipinus 1. i) nobembrio 3. k) *deest* 1. l) theophanie 3. m) septimis 3. n) adalberti 1. 2.

1) *Ubi auctor cum eo fuisse videtur.* 2) *Pippinum Idibus Dec. mortuum esse Prudentius memoriae prodit, cui Necrol. Wirziburg. (XII. Kal. Ian.) succurrit; cf. Simson p.* 191, *n.* 2; *Dümmler I, p.* 130, *n.* 1. 3) *Mettensis, de quo cf. Dümmler I, p.* 126, *n.* 2.

Franconofurt veniens ibique manens ieiunium quadragesimale inchoavit. Inde pergens in Alamanniam iuxta lacum
Apr. 6. Briganticum[1] pascha celebravit. Post pascha vero mense
Mai. Maio Wormatiam[a] veniens Hluthario[b] filio suo de Italia in fidem eius venienti reconciliatur regnumque Francorum inter eum et Karlum[c] filium suum minimum dividit, Hluthario[b] quidem, qui maior natu erat, nominis sui dignitatem et sedem regni tribuens, Hludowico vero filio suo minori pro eo, quod eum offenderat, Baioariorum provincia[d]
Iul. tantum concessa. Post Kalendas autem Iulii Hluthario[b] ad Italiam redeunte imperator adsumpto[e] secum Karlo[f] ad disponendas Aquitaniorum res[2] occidentem proficiscitur.

Eodem quoque anno stella cometes in signo Arietis apparuit et prodigia alia in caelo[g] visa sunt. Nam et caelum[h] *noctu serenum rubuit et per aliquot noctes igni- *p. 362.
culi plurimi instar stellarum per aerem discurrere videbantur.

840.

DCCCXL. Hludowicus[i] filius imperatoris partem regni trans Rhenum[k] quasi iure sibi debitam affectans per Alamanniam facto itinere venit ad Franconofurt[l], multorum ad se orientalium Francorum animis prudenti consilio conversis. Quo conperto[m] imperator de Aquitania infecto negotio redire conpulsus[m] Druogonem[3] archicapellanum[n] et Adalbertum comitem cum aliis multis praemisit ad tuendum litus occidentale Rheni fluminis; ipse vero secutus in
Mart. 28. Aquisgrani pascha celebravit.

Hisdem temporibus per aliquot noctes rubor aeris nimius apparuit, ita ut unus trames ardens ab euro, alter a circio exorientes in conum[o] coirent et quasi coagulati[p] sanguinis speciem in summitate caeli[q] monstrarent.

Post pascha autem imperator collecto exercitu filium per Thuringiam[r, 4] usque ad terminos barbarorum persequitur exclusumque a finibus regni per Sclavorum terram

a) nuormaciam 1. b) hlothar. 1. 2. c) karolum 1. 2; carlum 3. d) provintia 2. 3. e) ass. 1. 2. f) karolo 1. 2. g) celo 1. 3. h) celum 1. 3. i) Hludawicus 3. k) renum 3. l) franconofurd 2. m) comp. 1. n) archicappellanum 3. o) conum 1. p) coagolati 2. q) celi 1. 3. r) turingiam 2; thuringeam 3.

1) *In palatio Bodman; Mühlbacher nr.* 959—962; *cf. Dümmler I, p.* 129. 2) *Scilicet ut nepotes suos regno paterno privaret; quod illa expeditione non perfecit. Dümmler I, p.* 133—135. 3) *Fratrem suum, episcopum Mettensem. P.* 4) *Apr.* 8. *eum* ad Herolfesfeld monasterium *venisse Ann. Hersf. memoriae produnt; Dümmler I, p.* 136.

cum magno labore Baioariam[a] redire conpellit. Ipse vero rebus in partibus illis ordinatis ad Salz villam regiam[1] reversus dies letaniarum[b] et ascensionis Domini sollemnia[c] celebravit. In ipsa autem vigilia ascensionis Domini, hoc est in[d] IIII. Id. Mai.[2], eclipsis[e] solis circa septimam et octavam horam diei facta est tam valida, ut etiam stellae[f] propter obscuritatem solis visae[g] sint rebusque color in terris mutaretur. Imperator vero illis diebus morbo correptus aegrotare coepit[h] et per Moenum fluvium navigio[i] ad Franconofurt[k], inde post dies paucos in insulam quandam[l] Rheni fluminis prope Ingilenheim delatus[m] morbo invalescente XII. Kal. Iul. diem ultimum clausit; corpusque eius Mettis civitatem perlatum[n] in basilica sancti Arnulfi[o] confessoris honorifice sepultum est.

Mai. 6. Mai. 12 (5). Iun. 20.

Hluthariumn[p] vero de Italia sero venientem Franci loco patris eius super se regnaturum accipiunt[q, 3]. Hunc enim ferunt imperatorem morientem designasse, ut post se regni gubernacula susciperet, missis ei insigniis regalibus, hoc est sceptro[r] imperii et corona. Quod fratres eius non consentientes contra eum insurgere parant. Ac primum ei in suburbanis Mogontiacis[s] cum exercitu venienti[4] frater[d] suus[d] Hludowicus cum manu valida orientalium Francorum partem regni ab oriente Rheni defensurus occurrit; initoque pacto et dilato in aliud tempus placito Hlutharius[p] contra Karlum[t] occidentem proficiscitur; Hludowicus[u] vero orientales Francos, Alamannos, Saxones et Thuringios sibi fidelitatis iure confirmat.

(Aug.).

841.

DCCCXLI. Interea, dum[v] circa contigua Rheni loca praesidia poneret et litus orientale contra occidentalium inruptionem defendere pararet, Hlutharius[p] nuntiorum[w] rumore permotus omissa Karli[x] insecutione reversus inchoante mense Aprilio iuxta Wormatiam[y] cum exercitu[z] clam

Apr.

a) in bai. 1. 2. b) lęt. 1. c) solemnia 1; sollempnia 2. d) *deest* 1. 2. e) eclypsis 1. f) stelle 3. g) vise 3. h) egrotare cepit 3. i) navio 3. k) franconofurd 2. l) quendam 3. m) delatas 3. n) delatum 1. o) arnolfi 1. p) Hlothar. 1. 2. q) suscipiunt 2. 3. r) sceptrum 3. s) mogonciacis 3. t) Karolum 1. 2. u) hlodow. 3. v) cum 2. 3. w) nunciorum 1; nuntiorū more 3. x) Karoli 1. 2. y) uuormaticam 3. z) exertitu 3.

1) *Ad Salam fluvium in Francia orientali sitam; cf. D. p.* 163, *n.* 2. 2) *Hic dies unius hebdomadis spatio a vero discrepat.* 3) *In palatio Ingelheim; D. p.* 142. 4) *Rhenum transgresso et ad Franconofurt proficiscenti; D. p.* 144.

transiit Rhenum et Hludowicum a quibusdam suis proditum ac pene circumventum Baioariam redire coegit. Positisque custodibus partium illarum, quos sibi fideles esse arbitratus est, denuo ad resistendum Karlo[a], qui iam tunc ultra Masam castra ponere moliebatur, studia convertit et vires.

Igitur dum haec[b] agerentur, Hludowico per nuntios Karli[c] ad auxilium vocato et per Alamanniam iter facienti comites, quos Hlutharius[d] tutores[e] partium suarum dimiserat, in Retiense[1] occurrunt cum exercitu; ortoque proelio[f] Adalbertus comes et incentor discordiarum occiditur et cum eo innumerabilis multitudo[g] hominum prosternitur
Mai. 13. III.[h] Idus Mai. Itaque Hludo*wicus hac congressione victor *p. 363.
Rhenum transiens Karlo[a] fratri suo auxilium laturus in Gallias pergit. Ubi cum convenissent tres fratres in regione Alcedronense[i. 2] iuxta villam Fontinatam[k. 3] et de partitione[l] regni concordare non possent renuente[m] Hluthario[d], qui sibi monarchiam vindicabat, ferro decernendum et Dei iudicio causam examinandam decreverunt. Factumque est[n]
Iun. 25. inter eos VII. Kal. Iulii proelium[o] ingens et tanta caedes[p] ex utraque parte, ut numquam aetas[q] praesens[r] tantam stragem in gente Francorum factam antea[s] meminerit. Et Hlutharius[d] quidem ipsa die ad Aquense palatium[t] coepit[u] reverti, Hludowicus vero et Karlus[v] castris potiti collectis ac sepultis eorum cadaveribus, qui ex sua parte ceciderant, ab invicem discedunt.

Et Karlo[w] in occidentalibus remanente Hludowicus
Aug. quasi mediante mense Augusto venit ad villam regiam, quae vocatur Salz. Hlutharius[d] vero iterum suis undique collectis Mogontiacum[x] veniens Saxones cum Hluthario[d] filio suo parvulo obviam sibi Nemeti[4] venire praecepit; ipse autem Rhenum transiens quasi Hludowicum fratrem suum usque ad exteras[y] nationes fugaturus infectoque negotio redit Wormatiam[z]. Ibi[a] celebratis filiae suae nuptiis[b]

a) Karolo 1. 2. b) hec 3. c) Karoli 1. 2. d) Hlothar. 1. 2. e) turones *corr. manu prima* tutores 3. f) p̄lio 1. g) hom. mult. 1. 2. h) IIII. 1. i) alcethronense 2. k) frontinatam 1. l) particione 1; parcione 3. m) rennuente 3. n) factum est autem 1. o) prȩlium 1. p) cedes 1. 3. q) etas 3. r) presens 1. 3. s) ante 1. t) palacium 3. u) cepit 2; *deest* 3 (revertitur 3c—e). v) Karolus 1. 2. w) Karolo 1; carolo 2. x) mogonciacum 3. y) ad dexteras 2. 3. z) uuormaticam 3. a) ubi 2. 3. b) nupciis 3.

1) *Pagus magnus Nordgoviae, cuius etiamnum pars* das Ries *audit, in quo v. c. Nördlingen, Oettingen, Bopfingen. P. Cf. Dümmler p.* 151, *n.* 1. 2) *I. e. Autissiodorensi. P.* 3) *Fontenoy en Puisaye; Dümmler I, p.* 154 *sq.* 4) *I. e. Spirae, post reditum nempe suum ex Baioaria, ut eorum auxilio contra Karolum uteretur. P.*

rursus[a] contra Karlum[b] in Gallias pergit; ubi toto hiberni tempore inani labore consumpto Aquasgrani revertitur.

Cometes stella VIII. Kalendas Ian. sub signo aquarii Dec. 25. apparuit.

842.

DCCCXLII. Hludowicus vero videns Hlutharium[c] in pristina pertinacia[d] perdurantem nec adhuc velle desistere victum collecta orientalium non modica manu Rhenum transiit[e], civitates in occidentali[f] Rheni litore positas, quae[g] partibus Hlutharii[c] favebant, in deditionem[h] accepit; occurritque ei Karlus[i] apud urbem Argentoratum, quae (Febr. 14). nunc Strazburgus vocatur. Unde pari intentione pergentes Hlutharium[b] in villa Sentiaca[1] morantem et a suis desertum, in quibus non parum confidebat[k], fugere conpellunt XIIII.[l, 2] Kal. Aprilis. Putantes autem eum, ut fama Mart. 19. vulgabat, rebus desperatis Italiam petere, partem regni, quam eatenus habuit, inter se dispertiunt[3]. Hlutharius[b] vero collecto fido satis exercitu apud Madasconam[m, 4] Galliae urbem consedit; quem consecuti[n] fratres sui, cum iam vidissent proniorem ad faciendam cum eis pacem, foedus inire maluerunt[5], quam contentionibus diutius deservire; (Iun. 15). ea tamen conditione, ut e partibus singulorum XL ex primoribus electi in unum convenientes regnum aequaliter describerent[o], quo facilius postmodum inter eos pari sorte divideretur[p].

Quibus gestis Hludowicus[q] inde reversus mense Augusto in villa[r], quae dicitur[s] Salz, habito generali con- Aug. ventu in Saxoniam pergens validissimam conspirationem libertorum legitimos dominos opprimere[t] conantium[6] auctoribus factionis capitali sententia damnatis[u] fortiter conpe-

a) rursū 1. b) karolum 1. 2. c) Hlothar. 1. 2. d) pertinatia 2. 3. e) transit 3. f) orientalis 1. g) que 3. h) dedicionem 2; dedicationem *eraso* ca 3. i) Karolus 1. k) fugere — gozzomuizl (*a.* 844) *prius omissa in paginis duabus (fol.* 20, *lin.* 3 — *fol.* 20′) *antea vacuis relictis primitiva manus opere confecto scripsit in codice* 3; *cf. 'Neues Archiv' XVII, p.* 97. l) XVII. 1. 3; XVIII. 2. m) Madaschonam 2. n) secuti 1. o) discriberent 3. p) dividerentur 3. q) hlodouu. 3. r) villam 2. 3. s) vocatur 2. 3. t) obprimere 3. u) dampn. 2.

1) *Sinzig infra Confluentes. P.* 2) *Ita Mühlbacher, 'Sitzungsberichte d. Wiener Akad.' XCII, p.* 463 *optime, ut mihi videtur, codicum lectionem emendavit; Nithardus enim III,* 7 *fratres XVI. Kal. Apr. demum Mogontiaco profectos esse dicit. Cf. Dümmler I, p.* 174 *sq.* 3) *Aquis mense Martio; Nith. IV,* 1; *Dümmler I, p.* 177. 4) *Mâcon.* 5) *Prope Mâcon in insula Araris Iun.* 15; *Nith. IV,* 4; *Dümmler I, p.* 182. 6) Qui se Stellinga nominaverant *Nithardus IV,* 2 *et* 4; *Dümmler I, p.* 165. 184.

(Oct.). scuit[a]; circa autumnum vero apud Wormatiam[b] Karlo[c] fratri occurrit, Hluthario[d] in villa Theodonis[e] morante. Cum missi eorum in Confluente castello convenientes de partitione regni concordare non possent, dilato in aliud tempus placito singuli ad sua revertuntur.

Mart. 30. Eodem anno eclipsis[f] lunae facta est III.[g] Kal. April., quinta feria ante pascha, decima hora noctis.

843.

DCCCXLIII. Descripto regno a primoribus et in tres partes diviso apud Viridunum Galliae civitatem tres reges[h]
Aug. mense Augusto convenientes regnum inter se dispertiunt: et Hludowicus quidem orientalem partem accepit, Karlus[i] vero occidentalem *tenuit, Hlutharius[k], qui maior natu[l] *p. 364.
erat, mediam inter eos sortitus est portionem. Factaque inter se pace et iuramento firmata singuli ad disponendas tuendasque regni sui partes revertuntur. Karlus[m] Aquitaniam quasi ad partem regni sui iure pertinentem affectans Pippino nepoti suo molestus efficitur eumque crebris incursionibus infestans, grande detrimentum proprii saepe[n] pertulit exercitus.

(844 Ian.). Gregorius* papa obiit[1], in cuius locum subrogatus est
(842). Sergius**. Et Mauri Beneventum occupaverunt[o. 2].

844.

DCCCXLIIII. Karlus[p] Bernhartum[q] Barcenonensem[r] ducem incautum et nihil[s] ab eo mali suspicantem occidit.
Iun. 7 (14). Pippini duces Karli[t] exercitum superant VII. Idus Iunii[3]; in quo proelio[u] ceciderunt Hugo abbas[4], patruus Karli[v],

*) IIII.' *add. m. saec. XIII. in cod.* 3.
**) I.' *add. m. saec. XIII. in cod.* 3.

a) comp. 1. b) uuormaciam 3. c) Karolo 1. 2. 3. d) hlothario 1. 2; Hlodhario 3. e) thiotonis 3. f) eclypsis 1. 3. g) in Kal. 1. 2. 3. h) reges inter se m. 2. i) karolus 1. 2. k) hlothar. 1. 2; hlodhar. 3. l) natus 2. m) Karolus 1. 2. 3. n) sepe 1. 3. o) *hoc loco sex lineae et dimidium vacua relicta* 3. p) Karolus 1. 2; Carlus 3. q) bernhardum 2. 3. r) barcin. 1. s) nichil 2. t) Karoli 1. 2; carli 3. u) prelio 1. v) Karoli 1. 2. 3.

1) *A.* 844; *cf. Ann. Prudentii, Dümmler I, p.* 249. 2) *A.* 842; *cf. Nithard. IIII,* 6 *et Prudentium, qui a.* 843. *Mauros a Beneventanis expulsos esse dicit.* 3) *Rectius Ann. Laubacenses* 846: XVIII. Kal. Iul. bellum . . ., in quo Hugo et Ricbodo ceciderunt die sabbati; *quibuscum Folcuinus (Gesta abb. S. Bert. c.* 57) *consentit. Dümmler I, p.* 247. 4) *S. Quintini et Sithiu (St. Omer) monasteriorum, fortasse etiam Laubiensis.*

et Rihboto abbas[1], Hraban[a] quoque signifer cum aliis multis ex nobilibus.

Hludowicus[b] Obodritos[c] defectionem[d] molientes bello perdomuit occiso rege eorum Goztomuizli[e] terramque illorum et populum sibi divinitus subiugatum per duces ordinavit[2].

Hrabanus[f] quoque, sophista[g] et sui temporis poetarum nulli secundus, librum[3], quem de laude sanctae[h] crucis Christi, figurarum varietate distinctum difficili et mirando poemate conposuit[i], per Ascrichum[k] et Hruodbertum[l] monachos monasterii Fuldensis[m] Sergio papae sancto Petro offerendum transmisit.

845.

DCCCXLV. Nordmanni regnum Karli[n] vastantes per (Mart. 28). Sequanam usque Parisios navigio venerunt et tam ab ipso quam incolis terrae accepta pecunia copiosa cum pace discesserunt. In Frisia[o] quoque tribus proeliis[p] conflixerunt: in primo quidem victi, in secundis vero duobus superiores effecti magnam hominum multitudinem prostraverunt. Castellum etiam in Saxonia, quod vocatur Hammaburg, populati nec inulti[q] reversi sunt[4].

Karlus[r] cum Brittonibus[s] conflixit[5] et cum grandi (Nov. 22). damno exercitus sui ipse cum paucis vix evasit.

Hludowicus[t] XIIII ex ducibus Boemanorum cum hominibus suis christianam religionem desiderantes suscepit et in octavis theophaniae baptizari[u] iussit; tempore vero Ian. 13. autumni in Saxonia apud Padrabrunnon[v] generale placitum habuit, ubi fratrum suorum et Nordmannorum, Sclavorum quoque et Bulgarorum[w] legationes suscepit, audivit et absolvit.

Hlutharius[x] Folcratum ducem Arelatensem et reliquos comites illarum partium[y] rebellare molientes in deditionem[z] accepit et, prout voluit, Provinciam[a] ordinavit.

a) rhaban 1. 2. 3. b) Hlodouu. 3. c) abodr. 1. 2. 3; *cf. a.* 858. *et* 862. d) defeccionem 3. e) goztomiuzli 1. 2; gozzomuizl 3; *hic finitur in codice fol.* 20'; *cf. supra a.* 842, *n.* k. f) rhabanus 1. 2. g) sophysta 3. h) sc̄e 3. i) comp. 1. k) aschricum 1. 2; ascrihum 3. l) ruotbertum 1. 2. m) flundensis 3. n) Karoli 1. 2. 3. o) fresia 3. p) prẹliis 1. q) multi 1. 2. 3. r) Karolus 1. 2; Carlus 3. s) britonibus 1. 2. t) hludovicus 2. u) paptizare *corr.* paptizari 3. v) padraprunno 3. w) vulgarum 1. 2. x) hlothar. 1. 2. y) parcium 3. z) dedicionem 2. a) provintiam 3.

1) *Centulensis (S. Riquier).* 2) *Cf. Dümmler I, p.* 264—268. 3) *Perpulchrum eius apographum saeculo nono vel initio decimi exaratum in Monte Casino evolvi. P. Cf. Poet. lat. II, p.* 156 *sq.* 4) *Cf. Prudentii Ann.:* quibus Saxones occurrentes commisso proelio . . . victores efficiuntur; *Dümmler I, p.* 281 *sq.* 5) *Prope Ballon; Dümmler I, p.* 289.

846.

DCCCXLVI. Gisalbertus[1] vassallus[a] Karli[b] filiam Hlutharii[c] imperatoris rapuit et in Aquitaniam profectus in coniugem[d] accepit. Hludowicus occidentem[e] profectus
Mart. mense Martio cum Karlo[f] placitum habuit; in quo uterque eorum publice contestatus est suae[g] non fuisse voluntatis, quod[h] Gisalbertus filiae Hlutharii[i] iungeretur, ut his auditis Hlutharius[c] facilius[k] placari potuisset. Inde rever-
Apr. 4. sus iuxta lacum Briganticum II. Non. April. pascha celebravit. Postea cum Hluthario[l] locutus, volens eum cum Karlo[m] pacificare, cum res non[n] haberet effectum, circa
Aug. medium mensem Augustum cum exercitu ad Sclavos Margenses[o] defectionem molientes profectus est. Ubi ordinatis et iuxta libitum suum conpositis[p] rebus ducem eis constituit Rastizen[q] nepotem Moimari; inde per Boemanos cum magna difficultate et grandi[r] damno exercitus sui re*versus est. *p. 365.
(Aug. 27). His temporibus Mauri Romam cum exercitu venientes, cum non possent urbem inrumpere, ecclesiam[s] sancti Petri vastaverunt.

847.

DCCCXLVII. Hic annus a bellis quievit, quem Hlutharius[t] et Hludowicus mutua familiaritate transegerunt; nam uterque eorum ad domum alterius invitatus conviviis et muneribus regiis[u] honoratus est. Hludowicus tamen Hlutharium[l] et Karlum[v], ita ut voluit, pacificare non potuit, renuente[w] Hluthario[l] propter iniuriam sibi a Gisalberto vasallo[x] Karli[b] in raptu filiae suae factam.
(846). Nordmanni Dorestadum[y] incendentes vastaverunt[2].
Apr. 21. Otgarius Mogontiacensis[z] episcopus XI. Kal. Mai.
Iun. 26. obiit, in cuius locum Hrabanus[a] ordinatus est VI. Kal. Iul.; qui in eodem anno iubente Hludowico rege apud Mogon-
Oct. 1. tiacum[b] synodum[c] habuit circa Kalendas Octobr.

Per[d] idem tempus mulier quaedam de Alamanniae[e]

a) vassellus 3. b) Karoli 1. 2. c) loth. 1; hloth. 2. d) in coniugium 1, 2. e) occidentalem 1. f) Karolo 1. 2; carlo 3. g) sue 3. h) quo 2. 3. i) hloth. 1. 2; luth. 3. k) plac. fac. 2. 3. l) hlothar. 1. 2. m) karolo 1. 2. n) non *in cod.* 3 *primitiva manu postmodo additum.* o) marahenses 1. 2. p) comp. 1. q) rasticen 3. r) grande 3. s) aeccl. 1. 2. t) hlothar. 1; hlutar. 2. u) regis 3. v) Karolum 1. 2. w) reunuente 3. x) vassello 3. y) dorestatum 1. 2. 3; *cf. a.* 850. *et* 857. z) mogonti . . ensis *erasis litteris duabus* 1; mogonciacensis 3. a) rhabanus 1. 2. b) mogonciacum 3. c) siuodum 3. d) Per — finem inposuit *des.* 2. e) alamannie 3.

1) Comes Masuariorum *(Maasgau) a Nithardo III,* 2. 3. *appellatur; Dümmler I, p.* 296. 2) *Hoc iam a.* 846. *factum esse Ann. Xant. narrant, qui ad hunc a. adiciunt:* Nordmanni . . . ultra vicum Dorestatum contra flumen Reni per miliaria novem remigaverunt; *cf. Dümmler I, p.* 296. 302.

partibus nomine Thiota pseudoprophetissa[a] Mogontiacum venit, quae Salomonis episcopi[1] parroechiam[b] suis vaticiniis non minime[c] turbaverat. Nam certum consummationis seculi diem aliaque perplura Dei solius notitiae[d] cognita quasi divinitus sibi revelata scire se fatebatur et eodem anno ultimum diem mundo imminere praedicabat. Unde multi plebeium utriusque sexus timore perculsi[e] ad eam venientes munera illi offerebant[f] seque orationibus illius[g] commendabant; et, quod gravius est, sacri ordinis viri doctrinas ecclesiasticas postponentes illam quasi magistram caelitus[h] destinatam sequebantur. Haec in praesentiam[i] episcoporum apud sanctum Albanum[2] deducta et diligenter[k] de suis assertionibus requisita presbyterum quendam sibi ea suggessisse[l] et se talia questus causa narrasse professa est. Quapropter synodali iudicio publicis caesa[m] flagellis ministerium praedicationis[n], quod inrationabiliter arripuit et sibi contra morem ecclesiasticum[o] vindicare praesumpsit, cum dedecore amisit suisque vaticiniis tandem confusa finem inposuit.

848.

DCCCXLVIII. Hlutharius[p] et Hludowicus mense Februario conloquium[q] habuerunt in Confluente castello; Febr.
ubi pars Hlutharii[p] illud quidem, sicut fama vulgabat, maxime moliebatur, ut Hludowicus posthabita Karli[r] amicicia sibi germanitatis iure sociaretur[s]. Hludowicus vero memor pacti, quod cum Karlo[t] dudum cum adtestatione[u] divini nominis inierat, suasoria machinamenta ingeniose declinans finito conloquio[q] ad suos reversus quasi mediante mense Augusto Boemanos eruptionem molientes per Hlu- Aug.
dowicum filium suum missa adversus eos expeditione[v] contrivit legatosque pacis gratia mittere et obsides dare coegit.

Circa Kalendas autem Octobris generale placitum[w] Oct. 1.
habuit apud Mogontiacum, in quo legatos fratrum suorum et Nordmannorum Sclavorumque[x] suscepit, audivit et absolvit, homines etiam Hrabani[y] episcopi[z] adversus dominum suum conspirantes publice convictos cum eo pacificavit, legatos suos ad fratrem suum Hlutharium[p] in Theodonis[a]

a) pseudoprofetissa 1. b) parrochiam 3. c) non m. suis vat. 1. d) noticię 1. e) percussi 1. f) ferebant 3. g) ill. or. 1. h) celitus 3. i) pres. 1. k) dilienter 3. l) suggessise 3. m) cesa 3. n) pred. 1. o) ęccleiasticum 1. p) hloth. 1. 2. q) colloqu. 1. 2. r) Karoli 1. 2. s) sotiaretur 3. t) karolo 1. 2. u) attest. 1. 2. v) expedicione 2. w) platitum 3. x) slavorumque 3. y) rabani 1. 2. z) *deest* 1. a) teothonis 3.

1) *Constantiensis.* 2) *Mogontiaci.*

villa[a] placitum[b] habentem pro Gisalberhto[c], qui eodem[d] anno ad fidem eius venerat, reconciliationis gratia direxit.

*Gotescalcus, qui dicebatur hereticus, Mogontiaci a Hrabano[e] archiepiscopo multisque aliis episcopis rationabiliter, ut plurimis visum fuit, convictus est, licet ille postmodum in sua perdurarit sententia.

*849.

*p.

DCCCXLVIIII. Boemani[f] more solito fidem mentientes contra Francos rebellare moliuntur. Ad quorum perfidos motus[g] comprimendos Ernustus[h], dux partium[i] illarum[1] et inter amicos regis primus, comitesque non pauci atque abbates cum exercitu copioso mittuntur. Barbari vero pro pace et securitate sua obsides se daturos et imperata facturos per legatos ad Thaculfum[k] directos promittunt[l], cui prae ceteris credebant quasi scienti leges et consuetudines Sclavicae gentis; erat quippe dux Sorabici limitis, sed in illa expeditione iam tunc graviter vulneratus. Nam pridie, cum exercitus vallum hostium[m] vi magna inrumperet[n] et resistentibus adversariis ex utraque parte multi sine discretione sauciarentur[o], ipse in sinistro genu sagitta percussus est; cum legatis vero, qui ad eum missi fuerant, quo minus ab eis debilitas eius deprehenderetur[p], equo sedens simulata sanitate locutus est. Cumque quibusdam ex primatibus per missos suos legatorum verba nuntiasset, indignati sunt aliqui eorum adversus eum, quasi ceteris praeferri[q] cupiens summam rerum gerendarum[r] in se vellet inclinare; et citato impetu inconsultis ceteris bellum hostibus paci studentibus intulerunt statimque ex-

*) *Hanc sententiam Red. II. (codd. 2. 3) ita mutatam exhibet:* Gotescalcus[s] quoque quidam presbyter, de praedestinatione[t] Dei prave sentiens et tam bonos ad vitam quam malos ad mortem perpetuam inevitabiliter a Deo praedestinatos[u] esse adfirmans in conventu episcoporum rationabiliter[v], ut plurimis visum est, convictus et ad proprium episcopum Ingmarum[w] Remis[x] transmissus est[2]; prius tamen iuramento confirmans, ne in regnum Hludowici[y] ultra rediret.

a) in villa th. 1. b) platitum 3. c) gisalberto 1. 2. d) in eodem 1. e) rhabano 1. f) boemanni 1. g) motos 3. h) hernustus 3. i) parcium 3. k) thachulfum 2. 3. l) permittunt 3. m) ostium 3. n) irr. 1. o) sautiarentur 3. p) depraehenderetur 3. q) preferri 1. r) generandarum 2. s) gotescalhus 3. t) praedist. *corr.* praedest. 3. u) praedist. 3. v) racion. 2. w) ingumarum 3. x) rhemis 3. y) hludauuici 3.

1) *Marchiae Bohemicae; de Ernusto cf. Dümmler 'De Bohemiae condicione' p.* 25, *'Ostfr. Reich' I, p.* 345. 2) *Cf. Annales Prudentii a.* 849.

perti sunt, quid sine timore Dei propria discordium possit virtus et audacia[a]. Hostes enim superiores effecti caedendo[b] persecuti sunt eos usque in castra occisorumque spolia in conspectu eorum secure[c] detrahentes tantis[d] eos terroribus affecerunt, ut evadendi spe penitus privarentur. Unde coacti obsides dabant eis, a quibus suscipere dedignati sunt, ut inlaesi[e] ab hostibus et via tantum publica pergentes in patriam reverti potuissent. Et ut maior confusio superbientibus et de sua virtute praesumentibus fieret, contigit eodem anno post non multi temporis spatium[f] in villa Hohstedi[1], quae est in territorio[g] Mogontiaco, spiritum nequam per os[h] cuiusdam arreptitii[i] protestari[k], bello se Boemanico praefuisse[l] sociosque suos spiritum superbiae[m] atque discordiae[n] fuisse, quorum dolosis machinationibus Franci Boemanis terga vertissent.

850.

DCCCL. Roric[o] natione Nordmannus, qui temporibus Hludowici imperatoris cum fratre Herialdo[p] vicum Dorestadum[q] iure beneficii tenuit, post obitum imperatoris defuncto fratre apud Hlutharium[r], qui patri successit in regno, proditionis crimine falso, ut fama est[s], insimulatus tentus et in custodiam missus est. Unde fuga lapsus in fidem Hludowici regis orientalium Francorum veniens, cum per annos aliquot ibi moraretur et inter Saxones, qui confines Nordmannis sunt, mansitaret, collecta Danigenarum non modica manu coepit[t] piraticam exercere et loca regni Hlutharii[r] septentrionalis oceani litoribus contigua vastare. Venitque per ostia[u] Rheni fluminis Dorestadum[v] et occupavit eam atque possedit; et cum a Hluthario[r] principe sine periculo suorum non posset expelli, cum consilio senatus legatis mediantibus in fidem receptus est ea condicione[w], ut tributis ceterisque negotiis ad regis aerarium pertinentibus fideliter inserviret et piraticis Danorum incursionibus obviando resisteret.

Nordmanni Godafrido duce per Sequanam ascen- (852. Oct. 9).

a) audatia 2; audatia *radendo corr.* audacia 3. b) cedendo 1. 3. c) securi *manu prim. postmodo additum* 3. d) tantisque 3. e) inlesi 1. 3. f) spacium 3. g) territurio 1. h) *deest* 1; hos 3. i) arepcii 3. k) *deest* 2. l) prefuisse 1. m) superbie 3. n) discordie 3. o) Rorih 1. 2; Roruc 3; *cf. a.* 854. *et* 857. p) herioldo 2; harialdo 3. q) dorestatum 2. r) hloth. 1. 2. s) *deest* 1. t) cepit 3. u) ostea 1. v) dorestatum 1. 2. w) conditione 1.

1) *Höchst ad Moenum infra Francofurdum. P.*

dentes[1] regnum Karli[a] praedantur. Ad quorum expulsionem Hlutharius[b] in auxilium vocatus cum sibi pugnandum
(853). esse cum hoste putaret, Karlus[c] clam mutato consilio Godafridum cum suis in societatem regni suscepit et terram eis ad inhabitandum delegavit. Hlutharius[b] vero adventum suum illo supervacuum videns ad propria reversus est.

Eodem[d] anno gravissima fames Germaniae populos oppressit, maxime circa Rhenum habitantes; nam unus modius de frumento Mogontiaci[e] vendebatur decem siclis argenti. Morabatur autem eo tempore Hrabanus[f] archiepiscopus in quadam villa parroechiae[g] suae, cui vocabulum est Winkela[h. 2], et pauperes de diversis locis venientes susci*piens cotidie[i] plus quam trecentos alimento sustenta- *p. 367.
bat, exceptis his, qui in praesentia illius assidue vescebantur[k]. Venit autem et mulier quaedam inedia pene consumpta cum puerulo parvulo inter ceteros refocillari[l] desiderans, quae, priusquam limen portae transcenderet, prae[m] nimia inbecillitate corruens spiritum exalavit; puer vero mamillam matris mortuae quasi viventis de sinu protrahens et sugere temptans multos intuentes gemere ac flere coegit. Quidam etiam in illis diebus de Grabfeldon[3] cum uxore sua et filio tenero in Thuringiam proficiscens, ut malum inopiae temperare potuisset, uxorem in itinere in quadam silva positus affatus est: 'Nonne', inquit, 'melius est, ut puerum istum occidamus et manducemus carnes eius, quam omnes inedia consumamur?' Illa vero contradicente, ne tantum scelus committeret, tandem urgente fame filium per vim de brachiis rapuit maternis et voluntatem opere complesset, nisi Deus illum sua miseratione praevenisset. Nam, sicut idem postea in Thuringia positus plurimis retulit, cum evaginasset gladium, ut mac-

a) karoli 1. 2. b) hloth. 1. 2. c) Karolus 1. 2; Carlus 3. d) Eodem anno — se recrearunt *des.* 2. e) mogonciaci 1. f) rhabanus 1; rabanus 3. g) parrochiae 3. h) winzella 3. i) cottidie 1. k) *in hoc verbo finitur tertius codicis* 3 *quaternio, post quem quartus excidit, inde a* bantur *usque ad* Hlotharium *in a.* 860. *pertinens; per hoc spatium codd.* 3c—e *ex illo derivatos et Freheri editionem (F) confero, ita tamen, ut praeter omnes nominum propriorum formas eas tantum lectiones eorum adnotem, in quibus duo librarii congruunt.* l) refocilari 1. 3c. m) pre 1.

1) *A die Oct.* 13. *a.* 850. *usque ad Ian.* 5. *a.* 851. *eos in regionibus adiacentibus versatos esse Chronicon Fontanellense a.* 851. *memoriae prodit. Iterum* 852. *Oct.* 9. *Nordmanni Godofrido duce in Sequanam invecti sunt; contra quos Karolus cum Lothario profectus a.* 853. *mense Ian. aut Febr. pacem turpissimam fecit. Cf. Dümmler I, p.* 353—355. 2) *Winkel infra Elfeld in dextra Rheni ripa. P.* 3) *Pagus magnus, in quo ipsum Fuldae monasterium situm erat. P.*

taret filium, et in ancipiti positus necem distulisset, vidit eminus duos lupos super una cerva[a] stantes et lacerantes carnes eius, statimque parcens filio ad cadaver cervae cucurrit et lupos inde abigens tulit de carnibus praegustatis et cum incolomi filio ad uxorem reversus est. Prius enim, quando filium tulerat de manibus matris, paululum ab ea declinaverat, ne illa morientem puerum[b] videret vel audiret. At illa veniente marito videns recentes carnes et cruore perfusas putabat[c] filium occisum et cecidit retrorsum pene exanimis. Ille autem accedens consolatus est eam et erigens illam ostendit ei puerum viventem. Tunc illa resumpto spiritu Deo gratias egit, quia filium sanum recipere meruit; nec minus ille, quod eum Deus a liberi interfectione innocuum dignatus est conservare. Ambo tamen de carnibus lege prohibitis necessitate coacti se recrearunt.

851.

DCCCLI. Sorabi Francorum fines crebris incursionibus atque incendiis infestant. Unde rex[d] commotus cum exercitu per Thuringiam[e] iter faciens terram eorum ingressus gravi eos obsidione[f] fatigavit; perditisque frugibus et omni spe victus adempta magis eos fame quam ferro perdomuit.

Pippinus[g] rex Aquitaniae comprehensus a suis Karlo[h] (852). regi cum regno traditur[1] et[i] clericus effectus monastico[k] indutus habitu Suessioni[l] in monasterio[m] sancti Medardi retruditur. Similiter et Karlus[n] frater eius iunior, cum de (849). regno Hlutharii[o. 2] profectus fratrem invisere disposuisset, tentus est a comitibus Karli[p] regis et illo iubente tonsus in Corbeiense monasterio missus est in custodiam.

852.

DCCCLII. Herialdus[q. 4] Nordmannus, qui superioribus annis[r] iram domini sui Horic[s] Danorum regis fugiens

a) s. unam cervam *3c. e.* b) filium 1. c) putavit 1. d) rex K. *supraposito* † lotarius 2. e) turingiam *3d. e.* f) subsidione 2. g) pipinus *3d. F.* h) Karolo 1. 2; carlo *3d. F.* i) effectusque cler. 2. *3c. d. e. F.* k) mon. ind. hab. *des.* 2. *3c. d. e. F.* l) suessionis 2. m) monasterium 1. 2. n) Karolus 1. 2. *3c. d. e*; Carlus *F.* o) hlotharii 1. 2; lutharii *3d. e.* p) karoli 1. *3c. d. e.* q) Herioldus 2; Henaldus *F*; Tenaldus *3c. d. e.* r) *deest* 2. s) horih 1. 2; horuc *3c. d. e. F.*

1) *Anno* 852; *cf. Annal. Bertin., Chronicon (Ann.) Engolism. (SS. XVI) et Aquitanicum (SS. II). P. Cf. Dümmler I, p.* 355 *sq.* 2) *Quo Karolum regem vitaturus confugerat.* 3) *A.* 849; *cf. Ann. Prud. et Chron. Fontanell., Dümmler I, p.* 339. 4) *De quo cf. Koppmann, 'Jahrb. f. Landesk. d. Herzogth. Schlesw.-Holst.' X, p.* 19; *Dümmler I, p.* 357 *sq.*

ad regem Hludowicum[a] se contulit et[b] ab eo benigne susceptus baptizatus ac fidei sacramentis imbutus est, cum[c] per plures annos honorifice inter Francos haberetur, tandem principibus borealium partium et custodibus Danici[d] limitis quasi lubricae fidei et molimine proditionis[e] coepit[f] esse suspectus, unde et ab eis occisus est.

(Oct.). Habita est autem et synodus[g. 1] ex voluntate atque[h] praecepto eiusdem serenissimi principis in civitate Mogontia, metropoli Germaniae, praesidente Hrabano[i] venerabili eiusdem urbis archiepiscopo cum omnibus episcopis atque abbatibus orientalis Franciae, Baioariae et Saxoniae.

Et illi quidem de absolvendis quaestionibus[k] ecclesiasticis[l] tractatum habebant, rex vero cum principibus et praefectis provinciarum publicis causis litibusque componendis insistens, postquam[m] synodalia eorum decreta suo iudicio comprobavit et legationes Bulgarorum[n] Sclavorumque audivit et absolvit, *Baioariam[o] reversus est; ubi ordi- *p. 368.
natis et[p] dispositis, quae videbantur esse necessaria, sine mora rediens per alveum Rheni[q] fluminis navigio venit Coloniam. Ubi cum quibusdam ex Hlutharii[r] fratris sui principibus habita locutione profectus est in Saxoniam ob eorum vel maxime causas iudicandas, qui a pravis et subdolis iudicibus neglecti et multimodis, ut dicunt, legis suae dilationibus decepti graves atque diuturnas patiebantur[s] iniurias. Suberant etiam et aliae causae ad se ipsum specialiter aspicientes, possessiones videlicet ab avita vel[t] paterna proprietate iure hereditario[u] sibi derelictae, quas oportuit ab iniquis pervasoribus iusta repetitione[v] legitimo domino restitui[2]. Igitur in loco, qui appellatur
(Dec.). Mimida[3], super amnem, quem Cornelius Tacitus scriptor rerum a Romanis in ea gente gestarum Visurgim, moderni vero Wisuraha[w] vocant, habito generali conventu tam causas populi ad se perlatas iusto absolvit examine quam ad se pertinentes possessiones iuridicorum gentis decreto

a) Hludawicum 3*d*. *F*; ludouuicum 3*e*. b) *deest* 3*d*. *F*. c) cumque 1. d) Danaci 3*d*. e) prodicionis 3*c*. *e*. f) cępit 3*e*. g) sidonus 3*d*; sinodus 3*e*. h) et 2. i) rhabano 1; rabano 2. 3*d*. *e*. k) quest. 1. l) ęclesiasticis 1. m) postqu. vero 1. n) uulgarum 1. 2. o) in bai. 1. p) atque 3*d*. *e*. q) reni 3*c*. *d*. *e*. r) hlotharii 1. 2; lotharii 3*d*. *e*. s) paciebantur 2. 3*c*. *e*. t) et 1. u) hęred. 1. v) repeticione 2. 3*c*. *e*. w) uuisaraha 2; uuisuracha 3*d*. *F*.

1) *De qua cf. Dümmler I, p.* 360—365. 2) *In eo itinere die Dec.* 8. *Herfordiam monasterium largissime donavit; Mühlbacher nr.* 1362, *Dümmler I, p.* 360, *n.* 1. *et* 367. 3) *Minden.*

recepit. Inde transiens per Angros[1], Harudos[2], Suabos[3] et Hohsingos[a. 4] et per mansiones singulas, prout se praebuit oportunitas, causas populi diiudicans[b] Thuringiam ingreditur. Ubi apud Erpfesfurt[c. 5] habito conventu decrevit inter alia, ut nullus praefectus[6] in sua praefectura aut quaestionarius[d. 7] infra quaesturam[d] suam[e] alicuius causam advocati nomine susciperet agendam, in alienis vero praefecturis vel quaesturis[d] singuli pro sua voluntate aliorum causis agendis haberent facultatem. Inde profectus diem natalis Domini in Reganesburg celebravit[f]. Dec. 25.

853.

DCCCLIII. Nordmanni per Ligurem[g] fluvium* venientes Turonum Galliae civitatem praedantur et inter alias aedes ecclesiam[h] quoque sancti Martini confessoris (Nov. 8). nemine resistente succendunt[8].

Aquitanorum[i] legati Hludowicum[k] regem crebris supplicationibus sollicitant, ut aut ipse super eos regnum susciperet aut filium suum mitteret, qui eos a Karli[l] regis

*) *Cod.* 2 *Reginonem secutus ita pergit:* inrumpentes in regnum Karoli loca plurima vastaverunt; et Turonis venientes etiam domum sancti Martini confessoris cremarunt incendio.

a) holsingos 3*c. d. e*; Holsingos al. Holisingos *F.* b) iudicans 2. 3*c. d. e.* c) erphesfurt 1. 2. d) quest. 1. e) suam quaest. 2. f) cęlebr. 2. g) ligerim 2; ligerem 3*c. d. e. F.* h) ęclam 1. i) Aquitaniorum 1. 2. k) hludovicum 3*c*; ludouuicum 3*d. e.* l) Karoli 1. 2.

1) *I. e. per Angrariam et pagos Ostfaliae Hardego, Suabengo et Hohsigo. Locus memoratu dignissimus, quod eo adhuc aevo pagi cuiusque incolas pro singulari gente habitos fuisse demonstrat. P.* 2) *Pagi Hardgo a silva Hart, Hartz, nomen sortiti caput Halberstadum erat. P.* 3) *Terra ad meridiem Bodae saeculo sexto, cum Saxonum pars patria relicta una cum Langobardis Italiam peteret, a Sigiberto I. Francorum rege Suavis advenis ad habitandum data est, qui postea cum viginti sex Saxonum redeuntium milibus conflictati sedes istas retinuerunt. Gregorii Turon. hist. eccl. V, c. 15. P.* 4) *Pagus Hohsi e meridie pagi Suevon in ipsis Thuringiae confinibus situs erat. P.* Hohsegowe *pagum a. 780. appellari,* Hosgewe *in traditione quadam saec. VIII. apud Dronke (Cod. dipl. Fuld.* 100*),* Hosgawe *a.* 932, Hossegawe *a.* 947, Hosgowe *a.* 968, Hassingewi *autem,* Hassega *similesque formas ab a.* 961. *demum apparere Grössler, 'Neue Mittheil. d. thür.-sächs. Vereins' XVII, p.* 210 *sq. demonstrat. Unde recte concludit idem nihil esse huic pago cum Hessis; de Osis vero cogitare etiam multo minus licuerit. Mihi quidem antiquissima nominis forma* Hohsegowe *aptissime videtur cohaerere cum urbe illa* Hohseburg *sive* Hohseoburg *ad a.* 745. *ab annalibus commemorata.* 5) *Erfurt.* 6) *I. e. comes.* 7) *I. e. centenarius aut vicarius; Dümmler I, p.* 367*; Waitz, 'Verf.-Gesch.' IV, p.* 410 *n.* 2. 8) *Cf. Ann. Prudentii.*

tyrannide liberaret, ne forte ab extraneis et inimicis fidei cum periculo christianitatis quaerere cogerentur auxilia, quae ab orthodoxis et legitimis dominis invenire nequirent.

Mart. 27. Hemmo Halbarensis[a. 1] episcopus VI.[b] Kal. Aprilis defunctus est; in cuius locum Hildigrim[c] episcopus est
Aug. 27. ordinatus. Reginheri[d] corepiscopus[2] VI. Kal. Septembris de hoc mundo transiens Folchardum[e. 3] successorem reli-
Sept. 16. quit. Hadawart[f] quoque Mimidensis episcopus XVI.[g] Kal. Octobris[4] diem clausit ultimum cathedramque suam Theotrico[h] dimisit.

Sept. 1. In Kalendis[i] autem Septembribus basilicam sancti Bonifacii[k] martyris noctu[l] fures ingressi partem de thesauro aecclesiae abstulerunt et ita hactenus[m] res latet, ut neque auctores facti investigari neque pecuniae aliquod possit indicium reperiri[n].

854.

DCCCLIIII. Hludowicus[o] filius Hludowici[p] regis ad Aquitaniam[q] pergit, volens experiri, si vera essent ea[r], quae patri suo per legatos gentis promittebantur. Cum ergo venisset *et non esset susceptus nisi ab ea tantum sola *p. 369.
cognatione, quam Karlus[s] maxime offendit propter interfectionem Gozberti[t] eorum propinqui, quem iussit occidi, ceteris omnibus a[u] susceptione eius dissimulantibus adventum suum illo supervacuum fuisse ratus cum suis se circa tempus autumni in Franciam[v] recepit.

Nordmanni[w], qui continuis XX annis regni Francorum fines per loca navibus accessibilia caedibus[x] et incendiis atque rapinis crudeliter vastabant, congregati de regionibus, per quas praedandi cupiditate dispersi fuerant, in patriam suam reversi sunt. Ibique inter[r] Horic[y] regem

a) albarensis 2; halberensis *3c. F*; haberensis *3d*; alberensis *3e*. b) V. *3e. d. e*. c) hiltigrim 1. 2. d) rehinheri *3c*; reginberi *3d*; Reinheri *3e*. e) folchaldum 2; folcbaldum 1; fôlfchardum *3e*. f) Hadouuart 1. 2. g) XIII. *3c. d. e. F*. h) thiotrico 1. 2; theodorico *3e*. i) calendis 2. k) bonefacii 2. *3d. F*. l) nocte 1. m) actenus 1. *3d*. n) repperiri *3c. d*. o) hludouicus *3c*; Hloduw. *3d*; Ludow. *3e*. p) ludawici *3c*; Hludaw. *3d*; ludow. *3e*. q) aquitania *3c*. r) *deest* 1. s) Karolus 1. 2. t) goizberti *3c*. u) susceptionem *3c*; ad susceptionem *F*. v) frantiam *3c*; francia *3d. e*. w) Nortmanni *3c*. x) cedibus 1. y) horih 1; horuc *3e. d. e. F*.

1) *I. e. Halberstadensis.* 2) *Mogontiacensis.* 3) *Qui iam in actis synodi Mogontiacensis a.* 852. *habitae (LL. I, p.* 411*) cum Diatmaro, Albericho, Reginherio chorepiscopus occurrit.* 4) *Necrologium Mindensis ecclesiae mspt. lectionem meliorum codicum auctoritate receptam confirmat. P.*

Danorum et Gudurm[a] filium fratris eius, qui eatenus ab eo regno pulsus piratico more vixit, orta contentione ita se mutua caede[b] mactaverunt, ut vulgus quidem promiscuum innumerabile caderet, de stirpe vero regia nisi unus puer[1] nullus remaneret, Domino sanctorum suorum iniurias ulciscente et adversariis digna factis retribuente.

855.

DCCCLV. Apud Mogontiacum terra vicies tremuisse perhibetur. Aeris insolita commotio turbinibus ac tempestatibus plagisque grandinum multis damnum intulit. Fulminum ictibus aedes plurimae crematae sunt, inter quas basilica sancti Kiliani[c] martyris[2] Nonis Iuniis clero laudes Iun. 5.
vespertinas celebrante[d] repentino ictu percussa atque succensa est; et mirum in modum sub laquearibus domus ignis pendulus inlaesa[e] materia tamdiu oberrabat, donec ossa sancti martyris et totus aecclesiae thesaurus efferretur inlaesus[f]. Clericorum quoque nonnulli fulmine tacti inlaesis[f] vestibus per diversa membrorum loca graves combusturas habuisse reperti sunt. Fertur etiam quendam in illis regionibus hominem ita caelesti[g] igne combustum[h], ut consumpto[i] corpore vestis ab igne remaneret inlaesa[f]. Sequentis vero mensis die octava, instante sollempnitate[k] Iul. 8.
natalis eiusdem sancti martyris[l], muros aecclesiae, quos prius caelestis[g] non consumpsit[m] ignis, subito terribilis exorta tempestas funditus evertit; quam ruinam mors episcopi Gozbaldi subsecuta est, qui tercio dehinc[n] mense, id est XII. Kal. Octobris, praesentem vitam finiens Arnum[o] disci- Sept. 20.
pulum suum sibi successorem reliquit[3].

Rex quoque Hludowicus[p] in Sclavos Margenses[q] contra Rastizen[r] ducem eorum sibi rebellantem[s] parum prospere ducto[t] exercitu sine victoria rediit, malens adversarium firmissimo, ut fertur, vallo munitum ad tempus dimittere[u] quam militum suorum periculose pugnando[v] damna[w] susti-

a) godurm 1; godrum 2; gudurni *3e.* b) cede 1. c) ciliani 2; chiliani *3d. e. F.* d) cęlębrante 2. e) inlesa 1; laesa *erasum* 2. f) ill. 2. g) cel. 1. h) consumptum 2. i) combusto 2. k) solemnitate 1. l) consumpserat 2. m) harnum *3c. d.* n) Ludouu. *3d. e.* o) marahenses 1. 2; mergenses *3e.* p) rasticen *3c. e*; raticen *3d.* q) dampna *3c. d. e.*

1) *Horich II; cf. Dümmler I, p.* 377. 2) *Würzburgensis.* 3) *Haec omnia regi, simulatque ab expeditione reversus est, nuntiata esse et ita Rudolfo quoque innotuisse veri simile est.*

nere. Magnam tamen provinciae[a] partem praedis et incendiis vastavit exercitus non parvamque multitudinem hostium castra regis invadere cupientium usque ad internitionem[b] delevit, sed non impune; quia post reditum regis Rastizes[c] cum suis insecutus plurima trans Danuvium[d] finitimorum loca praedando vastavit.

Oct. 17. Mense vero Octobrio XVI. Kal. Novembr. per totam noctem igniculi instar spiculorum occidentem versus per aerem densissime ferebantur.

Hlutharius[e] imperator renuntians omnibus, quae habuit, Prumiense[f] monasterium ingressus effectusque ibi[g] monachus
Sept. 29. III. Kal. Octobr. mortalem hominem exuit[h] et ad vitam perrexit aeternam[i]. Principes[k] autem et optimates regni filium eius Hlutharium[l] super se regnare cupientes ad Hludowicum[m] regem orientalium Francorum, patruum eius, in Franconofurt[1] eum adducentes cum consensu et favore illius sibi regnare consentiunt[n, *].

856.

Febr. 4. DCCCVI. Mense Februario, IIII. die mensis eiusdem[o], defunctus est Hrabanus[p] archiepiscopus Mogontiacensis[q] aecclesiae[r, **]; *cui[***] successit Karlus[2], magis ex *p. 370.

*) *In margine cod.* 1. *add.:* Samuhel Wangionum episcopus ø.

**) *In redactione II. (codd.* 2 *et* 3*c. d. e) adduntur:* habens in episcopatu annos VIIII[s], mensem unum[t] et dies quattuor[3].

***) *Haec sententia ab auctore redactionis I. (codd.* 1. 2*) ita mutata est:* Cui Karolus Pippini regis filius, qui de custodia Corbeiensis monasterii lapsus[u] ad Hludowicum regem patruum suum defecerat, in episcopatu successit IIII.[v] Idus Martii, non solum ex voluntate regis, verum etiam ex consensu et electione cleri et populi. *In margine add.* 1: Albrih abb.[4] ø.

a) provintiae 2. b) internecionem 2. c) rastiz 1; rastices 3*c. d. e.* d) danabium 1. e) hlotharius 1. 2; Hlutarius 3*d*; Lutharius 3*e*. f) prumense 3*e*. g) *deest* 1. 2. h) ex. hom. 1. 2. i) aet. perr. 3*c*. k) Princeps 2. l) hlotharium 1. 2; Lutharium 3*d. e.* m) Ludow. 3*d. e.* n) *hoc loco in cod.* 1 *una linea et initium secundae erasa sunt; in rasa parte V. Cl. Bresslau verba* Samuel *et* vuangionum *cognoscere sibi visus est*, *cf. ann.* *. o) *deest* 3*c. d. e. F.* p) Rab. arch. mog. ęccl. defunctus est 2; rabanus 3*e*. q) mogonciacensis 3*c*; moguntiacensis 3*e*. r) ęclesiae 1. s) VIII. 2. t) *litterae* ē unu *in cod.* 2 *eadem manu postmodum scriptae;* et d. qu. *desunt reliqua lineae parte vacua relicta.* u) elapsus *cod. S. Trudonis.* v) VIII. 2. *cod. S. Tr.*

1) *Ubi etiam scriptor adfuisse et ea omnia comperisse videtur.* 2) *Pippini regis filius; de quo cf. a.* 851. 3) *Haec cum vero rerum eventu minime conveniunt, quoniam Hrabanum a.* 847. *Iun.* 26. *ordinatum esse supra perhibetur. Animadvertas de anno* 856. *usque ad Hrabani mortem mensem unum et dies quattuor praeterisse.* 4) *Fortasse Wormatiensis, ceterum ignotus.*

voluntate regis et consiliariorum eius, quam ex consensu et electione cleri et populi. Decessit autem[a] et Hatto abbas Fuldensis coenobii II.[b] Idus Aprilis; in cuius locum Apr. 12. per electionem fratrum et auctoritatem regiam ordinatus est Thioto[c], unus ex ipsis monachis.

Mense[d] vero Augusto Hludowicus[e] rex collecto ex- Aug. ercitu per Sorabos[1] iter faciens ducibusque[f] eorum sibi coniunctis Dalmatas[g. 2] proelio[h] superat acceptisque obsidibus tributarios fecit[i]; inde per Boemanos transiens nonnullos ex eorum ducibus in deditionem accepit. In qua expeditione perierunt comites Bardo et Erpf[k] cum aliis quam pluribus[l].

857.

DCCCLVII. Rex Hludowicus[m] mense Februario col- Febr. loquium habuit in Confluente castello cum Hluthario[n] nepote suo; tempore vero quadragesimae placitum habuit apud Wangionum civitatem.

Roric[o] Nordmannus[p], qui praeerat Dorestado[q], cum consensu domini sui Hlutharii[r] regis classem duxit in fines Danorum et consentiente Horico[s] Danorum rege partem regni, quae est inter mare et Egidoram, cum sociis suis possedit.

Otgarius episcopus[3] et Hruodoltus[t] comes palatii[u] et Ernustus[v] filius Ernusti[v] ducis[4] cum hominibus suis in Boemanos missi civitatem Wiztrachi ducis[5] ab annis multis rebellem occupaverunt, expulso ab ea Sclavitago[w. 6] filio Wiztrachi, qui tyrannidem[x] tunc in ea exercebat. Quo per fugam lapso et ad Rastizen[y] se conferente frater eius, qui ab eo patria pulsus apud Zistiboron[z] Sorabum exulabat, ad regem fideliter veniens loco fratris dux constituitur.

a) *deest* 1. b) pridie 3*d. e.* c) tiotho 3*c.* d) Mense v. aug. *des.* 2. e) ludow. 3*e.* f) ducibus 3*e. d. e.* g) dalmatios 2. h) prelio 1. i) facit 1. k) erph 2. 3*c.* l) plurimis 1. m) hludawicus 3*c*; ludouu. 3*e.* n) hlothario 1. 2; luthario 3*c. d. e.* o) rorih 1. 2; Roruc *F*; ruoruc 3*c. d. e.* p) nortmannus 3*c.* q) dorestato 1. 2. r) hloth. 1. 2; luth. 3*d. e. F.* s) orico 3*c.* t) ruodoltus 3*e.* u) palacii 3*c. d.* v) hern. 3*c. d. e. F.* w) sclaiutago 2. 3*c. e*; scalaiugato 3*d*; Scalalugato al. Sclauitago *F.* x) tirannidem 2. y) rasticen 3*c. d. e.* z) zistiborum 2; cziztiborum 3*c. d. F*; ziztiborum 3*e.*

1) *Qui inter Salam et Muldam habitabant.* 2) *I. e. Dalaminzios. P. Dalamanci apud Widukindum I,* 17 *appellantur; habitabant inter Muldam et Albim e meridie Siuslorum.* 3) *Eichstadensis. P.* 4) *Marchionis Baioarici a.* 849. *iam commemorati.* 5) *Quam Dobner (Krit. Abh. v. d. Grenzen Altmährens) et Palacky (Gesch. v. Böhmen I, p.* 115*), a ducis nomine ipsam quoque nomen accepisse temere rati, nunc Weitra esse coniecerunt. Dümmler I, p.* 417. 6) *Nomen gloriae solatium significat (*slava, *pol.* sława = *gloria,* utêha = *solatium,* tešiti *bohem.* = *solari).*

Habita est autem et synodus[a] apud Mogontiacum
Oct. 1. circa Kalendas Octobris praesidente Karlo[b] archiepiscopo;
ubi inter alia, quae ventilata sunt de iure ecclesiastico[c],
praesentata est[1] epistola Guntharii Colonensis[d] episcopi,
ad Altfridum[e] episcopum[2] directa, in qua legebatur conti-
Sept. 15. gisse Coloniae[f] XVII. Kal. Octobr. terribilem valde tem-
pestatem, populo cuncto prae nimio horrore in basilicam
sancti Petri confugiente et signis aecclesiae concrepantibus
unanimiter Dei misericordiam implorante, subito fulmen
inorme[g] ignei draconis instar basilicam scidisse ac pene-
trasse atque ex omni illa multitudine tres homines diversis
quidem locis, sed uno ictu in mortem deiecisse, presbyte-
rum scilicet iuxta altare sancti Petri, diaconum vero ad
altare sancti Dionisii[h], laicum autem ad altare sanctae
Mariae; alios etiam numero sex eodem impetu ita prostra-
visse ut elati semivivi vix convalescerent. Feruntur et
alia prodigia[3] his temporibus Treveri[i] contigisse, quae ideo
scribere distuli, quia de eis certum nuntium[k] non habui.

858.

Ian. 1. DCCCLVIII. Kalendis Ianuariis terrae motus magnus
factus est per civitates et regiones diversas, maximus tamen
apud Mogontiacum, ubi maceriae antiquae scissae sunt et
aecclesia[l] sancti Albani martyris ita concussa est, ut murus
de fastigio cadens oratiorum sancti Michaelis[m] ad occiden-
tem basilicae bicameratum cum tecto et laquearibus *ruina
sua confringens terrae coaequaret[n]. *p. 371.
Febr. Mense autem Februario rex cum quibusdam consilia-
riis suis in Forahheim[o, 4] colloquium habuit; inde condicto
placito et designatis ad hoc specialiter comitibus in villa
Alamanniae, quae vocatur Ulma[5], Notingum episcopum[6]
et Eburhardum[p] comitem[7], missos nepotis sui Hludowici[q],
suscepit et audivit; post mediam vero quadragesimam venit
Apr. 3. in Franconofurt et ibi pascha celebravit. Interea missi,

a) sinodus *3d*; sinodus *3e*. b) Karolo 1. 2. *3c. e*; Carolo *3d*. c) ęccl. 1. d) colo-niensis *3e*. e) altfredum 2. f) colonie 1. g) innorme 2; informe *3c. d*; in forma *3e*. h) dyonisii *3c*. i) treviri 1. 2. k) nuncium 1. l) ęclesia 1; eccl. *3c. d*. m) Mi-chahelis 1. 2. n) coequaret 1. o) forahlieim 2; forhheim *3c. d. e*; Forcheim *F*. p) ebur-hartum 1; eberh. *3e*. q) hludouu. nep. s. 2; hludauu. n. s. *3c*; Ludawicum nepoti sui *3d*; ludouuici nepotis s. *3e*.

1) *Praesente videlicet Rudolfo.* 2) *Hildesheimensem. P.* 3) *Cf. Ann. Bertin. ad hunc annum. P.* 4) *Forchheim ad Radantiam. P.* 5) *Ulm.* 6) *Bresciensem.* 7) *Marchionem Foroiulianum; Dümmler 1, p.* 419.

quos ad Hlutharium[a] nepotem suum directos habuit, veniunt eumque iuxta condictum in Confluente castello regi occursurum esse nuntiant[b]. Rege autem promissionibus eius credente et ante dies letaniarum[c. 1] ad condictum diem Mai.
et locum veniente Hlutharius[d] promissa mentitus neque[e] ipse venit neque de suis aliquem mittere voluit; foedus enim cum Karlo[f] contra regem iniit, quod uterque eorum iuramento firmavit. Qui, cum se vidisset inlusum[g] esse, reversus in Franconofurt[2], cum multa de utilitate regni cum suis tractaret atque disponeret, tum[h] etiam decrevit tres exercitus in diversos regni sui[i] terminos esse mittendos: unum quidem per Karlmannum[k] filium suum seniorem in Sclavos Margenses[l] contra Rastizen[m], alterum vero per Hludowicum[n] filium suum minorem in Obodritos[o] et Linones[3], tercium autem[p] per Thachulfum[q] in Sorabos dicto oboedire[r] nolentes, ut sedatis extrinsecus adversariorum tumultibus facilius intrinsecus regni gubernacula disponeret.

Mense autem Iulio collectis et ordinatis exercitibus ireque[s] profectis[t] repente die media[u] subiit regem cura- Iul. 16.
rum maxima moles. Legati enim ab occidente venerunt Adalhartus[v] abbas[4] et Oto[w] comes[5] postulantes eum[p], ut populo periclitanti et in angustia posito praesentia sua subveniret; quod nisi celeriter fieret et ex parte eius spe liberationis privarentur, a paganis cum periculo christianitatis quaerere deberent defensionem, quam a legitimis et orthodoxis dominis invenire non possent. Tyrannidem[x] enim Karli[y] se diutius ferre non posse testati sunt, quia, quod ex eis pagani extrinsecus nemine resistente aut scutum

a) hlotharium 1. 2; lutharium *3e. F*; quos alutarium *3d*. b) nunciant 1. c) lętaniarum 1; lethaniarum 2. d) hloth. 1. 2; luth. *3d. e. F*. e) nec 1. f) Karolo 1. 2; Carlo *3d*. g) illusum reversus 1. 2. h) tunc *3c. d. e. F*. i) *deest* 2. k) carlmannum 1. *F*.; carlomannum 2; karlamannum *3c*. l) marahenses 1; maraenses 2; margentes *3d*. m) rasticen *3c. d. e*. n) Ludaw. *3d*; ludonu. *3e*. o) abodr. 1. 2. p) *deest* 1. q) tracholfum *3c. d. e. F*. r) obędire 2. *3c*; obedire *3e. F*. s) itemque 2. t) ꝑfectis 1. u) d. m. *desunt* 1. 2. v) adalhardus *3c*; & dalhartus *3d*. w) otto *3c. e*. x) tirannidem 2. y) Karoli 1. 2. *3c. d. e*; Caroli *F*.

1) *I. e. dies orationum, ferias secundam, tertiam, quartam ante ascensionem Domini, eo anno Mai.* 9—11. 2) *Franconofurti diploma Ludowici Iun.* 13. *datum est (Mühlbacher nr.* 1394*); Dümmler I, p.* 426. 3) *Qui Obodritis finitimi in orientali parte Albis incolebant; in diplomate de fundatione episcopatus Havelbergensis dato (DOI.* 76, 946, *Mai.* 9*) terra eorum* Linagga *(i. e.* Linan-gâ*) appellatur.* 4) *S. Bertini; consanguineus videtur fuisse Irmintrudis reginae, Karoli uxoris; cf. Dümmler I, p.* 427 *et* 443. 5) *De quo cf. Wenck, 'D. Fränk. Reich nach dem Vertr. z. Verdun' p.* 279*; Dümmler I, p.* 427.

opponente[a] praedando, captivando, occidendo atque vendendo reliquissent, ille intrinsecus subdole saeviendo[b] disperderet; nec quemquam esse in omni populo, qui iam promissionibus aut iuramentis eius[c] fidem adhibere praesumeret, cunctis de bonitate illius in desperationem cadentibus. Quibus auditis rex graviter conturbatus est; duplici enim premebatur[d] angustia, quoniam, si populi votis adquiesceret, contra fratrem, quod impium esset, agere deberet; si autem fratri parceret, a periclitantis populi liberatione, quod aeque impium[e] esset, cessare deberet. Ad hoc accessit etiam non modicus angustiarum cumulus, vulgi videlicet aestimatio suspicantis totum, quod actum fuerit in huiusmodi negotio, non voto fieri populo[f] consulentis, sed sola intentione regnum dilatare cupientis; quod longe aliter esse, quam se vulgi fert opinio, cuncti consiliorum regis conscii veraci sermone testantur. In tali igitur curarum molestia positus tandem consilio sapientium[g] adquiescens[h], simul et conscientiae suae puritate praeditus, maluit multorum utilitatibus consulere quam unius hominis pertinaciae[i] consentire[1]; precibusque legatorum favens votis populi praesentiam eius desiderantis cum Dei adiutorio se adfuturum[k] fore promisit.

Aug. Mediante autem mense Augusto Wangioni[l] collecto comitatu per Alisatiam[m] profectus venit in Galliam ad
(Sept. 1). villam regiam in regno Karli[n], quae vocatur Ponticona[o. 2]; ubi occurrerunt ei fere omnes primates partium illarum, exceptis eis, quos tunc Karlus[p] secum in praesidio habuit, pugnans contra Nordmannos[q] super Ligurem[r] fluvium[3]. Qui, ut audivit Hludowicum[s] esse infra terminos regni sui, dimissa obsidione cum exercitu occurrit ei in
(Nov. 12). loco, qui vocatur Briacus[t. 4]; visaque multitudine orienta-

a) obponente 2. 3*e*. b) seviendo 1; videndo 3*d*. *e*. c) prom. eius aut iur. 2. d) pręmebatur 1. e) inp. 1. f) populi 1 *in loco raso*. g) sapientum 1. h) *deest* 2. i) pertinatiae 1. 2. 3*d*. k) affuturum 1. 2. l) uangioni 3*c*. m) alsatiam 1. 2; alisaciam 3*c*. n) Karoli 1. 2. 3*c*. *d*. *e*; Caroli *F*. o) panticona 3*d*. p) Karolus 1. 2. 3*c*. *d*. *e*; Carolus *F*. q) nortmannos 3*c*; normannos 3*d*. *F*. r) ligerem 2. 3*c*. *d*. *e*. *F*. s) hludauu. 3*c*; Ludaw. 3*d*; ludouu. 3*e*; Ludow. *F*. t) driacus 1.

1) *Longe aliter Regino a.* 866: Hac persuasione, ut animi regum avidi et semper inexplebiles sunt, facile in spem introductus. 2) *Ponthion; quo Kal. Sept. Ludowicum pervenisse Prudentius exhibet.* 3) *Non illic, sed ad Sequanam, ubi Nordmannos in insula Oiselle incluserat; Dümmler I, p.* 431. 4) *Brienne-le-Château sur Aube; cf. Ann. Prud., Dümmler I, p.* 432 *sq.*

lium simul et eorum, qui ex[a] suis contra tyrannidem[b] eius coniuraverant, cum se virtute cerneret imparem nec posse sine grandi[c] periculo suorum cum fratris copiis in acie[d]
.372. *congredi, disposito tamen et quasi ad pugnandum milite ordinato ipse quidem cum paucis latenter[c] abscessit, exercitus vero in loco certaminis derelictus cognito ducis abscessu ad Hludowicum[e] transivit. Ille vero sedato impetu populi Karlum[f] persequi cupientis ad disponenda regni negotia quasi libera utens potestate diligentiam curamque convertit. Et primum quidem nimis incauta ductus securitate omne robur totius[g] exercitus, quem ab oriente secum adduxerat, remisit in patriam, frustra in desertores et proprii domini proditores spei suae fiduciam ponens. Quorum etiam consilio ibi decrevit hiemare, ignarus per omnia imminentis sibi periculi, quod ei parabatur ex parte Karli[h], cuius animum ad ultionem iniuriarum suarum erexerant filii Cuonrati[i] comitis[1], Hludowicum[e] securum et paucos esse, qui cum eo ex suis remanserint[k], indicantes[l]; quos ille quidem quasi sibi fideles ad explorandos sibique renuntiandos actus Karli[m] transmiserat; illi vero fidem mentiti et Karlo[n] coniuncti, quomodo Hludowicus[e] ex inproviso cum multitudine exercitus obrueretur, tota intentione moliebantur. Interea nuntiatum est ei in oriente rempublicam Sorabici limitis esse turbatam, eo quod Sorabi duce eius Zistiboro[o] nomine sibi fidelissimo insidiose perempto defectionem meditarentur. Ac per hoc ille quidem ad conprimendam seditionem[p] ex- (859 Ian. 15).
ortam in regnum suum, quanta potuit celeritate, regressus est. Karlus[q] vero post discessum eius sedem regni sui nullo adversante sine[r] difficultate recepit.

Villa[s] quaedam[t] haud[u] procul ab urbe Pinguia[2] sita est, Caput-montium vocata, eo quod ibi montes per alveum Rheni[v] fluminis tendentes initium habeant[w], quam vulgus

a) a 3*c.d.e*; e *F.* b) tirannidem 2. c) *deest* 1. d) acię 2. e) ludouu. 3*d.e. F.* f) Karolum 1. 2; Carlum *F.* g) *deest* 1. 2. h) karoli 1. 2. 3*c.d.e*; Caroli *F.* i) chuonradi 2; chuonrati 3*c*; conrati 3*d.* k) remanserant 2. 3*c.e. F*; remanxerant 3*d.* l) iudicantes 1. 3*c.* m) karoli 1. 2; Carli *F.* n) karolo 1. 2; Carlo *F.* o) zistoboro 2; czistiboro 3*c.d*; ciztiboro 3*e.* p) sedicionem 2. 3*c.e.* q) Karolus 1. 2; Carlus *F.* r) s. diff. *des.* 2. s) Villa — consumeret *in fine anni des.* 2. t) quedam 1. u) haut 1. 3*e.* v) Reni 3*d.* w) habent 3*d. F.*

1) *Fratris Iudithae, matris Karoli regis. P. Filii eius fuerunt Conradus post patrem comes Autissiodorensis et Hugo abbas Turonensis; Dümmler I, p.* 442. 2) *Bingen. Cf. 'Forschungen zur Deutschen Gesch.' XXI, p.* 636.

corrupte Capmunti[a] nominare solet[1]; ubi malignus spiritus evidens nequitiae[b] suae ostendit indicium. Nam primum quidem lapides iaciendo[c] et parietes domorum quasi malleo pulsando hominibus loci illius infestus efficitur; deinde vero manifeste loqui et furtim sublata quibusdam prodere, post haec discordias inter habitatores eiusdem loci seminare; denique omnium animos contra unum hominem concitavit, quasi peccatis illius exigentibus ceteri talia paterentur: et ut maius odium adversus eum excitaret, in quamcumque domum idem homo intravit, statim malignus spiritus illam exussit[d]. Igitur ex[e] necessitate coactus cum uxore et filiis foris mansit in agris, omnibus propinquis suis sub tectum suum illum suscipere timentibus. Sed nec ibi tutus fuisse permissus est; nam cum universas fruges suas congregasset et in acervos collegisset, spiritus nequam ex inproviso veniens cunctas incendit. Ut autem animos vicinorum illum[f] interficere cupientium placare potuisset, idem ipse ferro fervente de omnibus, quae ei obiciebantur, criminibus se ostendit immunem[g]. Missi sunt itaque ab urbe Mogontiaca[h] presbyteri[i] atque diacones cum reliquiis et crucibus, qui malignum spiritum ab eo loco expellerent. Sed illis in quadam domo, ubi maxime saeviebat, letanias[k] agentibus et aquam benedictam spargentibus antiquus hostis nonnullos ex eadem villa illuc convenientes iactando lapides cruentavit; tamen modicum temporis a sua infestatione quievit. Postquam vero inde discesserunt, qui missi fuerant, idem hostis multis audientibus lugubres edidit sermones; nam presbyterum quendam nominatim exprimens se sub cappa illius stetisse professus est ea hora, quando aqua benedicta aspergebatur in domo. Quibus se prae timore signantibus idem hostis de eodem presbytero: 'Meus', inquit, 'proprius est[l] servus; a quo enim quis superatur, huius et servus est; quia nuper me suadente cum filia procuratoris istius villae concubuit'. Quod factum nullus mortalium antea sciebat exceptis his, qui hoc crimen perpetraverant. Patet ergo[m], quia iuxta veritatis sententiam[2] nihil[n] opertum est, quod non reveletur.

a) cammunti *3c. d. e.* b) nequiciae *3d. e.* c) laciendo 1. d) excussit *3c. d. e. F.* e) *deest* 1. f) illorum *3c. d. e.* g) inm. *3d. e.* h) mogontia 1; mogonciaca *3c. d.* i) prespiteri 1. k) laetanias 1. l) est proprius 1. m) etiam 1. n) nichil *3c. d. e.*

1) *Chamund, hodie Kempten, supra Bingam in sinistra Rheni ripa. P.*
2) *Matth.* 10, 26.

His et huiusmodi[a] malis apostata spiritus in loco supra dicto per tria annorum curricula infestus non ante cessavit, donec universa pene aedificia ibidem succendendo[b] consumeret.

373. *859.

DCCCLVIIII. Hludowicus[c] rex quasi inchoante verni[d] tempore de Galliis[e] rediens Wormatiam[f] venit. Cum frequentibus legatorum suorum discursibus fratris ac nepotis sui[1] sibi animos reconciliare[g] studeret eorumque responsa per internuntios reciproca relatione[h] susciperet, tandem condicto tempore singuli cum aequo numero principum suorum ex adversa[i] parte nominatim expressorum, iuxta Anternacum[k] castellum in quadam insula Rheni[l] fluminis navigio vecti convenerunt[2], reliquo singulorum (Iun.). comitatu super litus ex utraque parte fluminis consistente. Ubi cum diu varia et anceps actarum simul et agendarum rerum agitata esset disputatio, condicto placito autumni tempore[m. 3] iuxta Basalam communiter habendo singuli cum suis ad propria reversi sunt. Hludowicus[c] tamen eis, qui superiore[n] anno a Karlo[o] deficientes sui effecti sunt, honores, quos prius habuerant, impetrare non potuit; dilata enim res est in futuro placito finienda.

Interea vero cum suis habita locutione Thiotonem[p] Fuldensis coenobii abbatem ad Hludowicum[q] imperatorem[r] Italiae, nepotem suum, et ad Nicolaum[s] apostolicum apologetica[t] intentione Romam misit, responsa eorum, si esset possibile, ad condictum regale placitum perlaturum. A quibus honorifice susceptus, cum de gestis praeteriti[u] anni regem per omnia rationabiliter excusaret infamiae, apostolica fultus epistola[v] rediens iuxta lacum Briganticum ad regem venit de loco praedicti[w] placiti iam tunc reversum, quia ad condictum diem vel locum placiti neuter sibi regum occurrerat. Qui cum de legatione sua regi per

a) huiuscemodi 1. b) succendio *3d. F.* c) Ludov. *3d*; Ludouu. *3e.* d) verno 2. e) gaƚlis *3c. d. F.* f) uuormaticam *3e.* g) reconciliari 1. 2. h) legatione 1. i) diversa 1. k) aternacum *3d.* l) reni *3c. d.* m) temporis 2. *3d.* n) priore 2. *3c. d. e. F.* o) karolo 1. 2. *3c*; Carlo *F.* p) theotonem 2; thiodonem *3c*; tiothonem *F.* q) Hludaw. *3c. F*; Ludaw. *3d*; ludouu. *3e.* r) regem 2. *3c. d. e. F.* s) nicholaum *3c. d.* t) apologitica *3d. e.* u) preteriti 1. v) eps̄ *3d*; episcopus *3e.* w) predicti 1; praedicto *3c. d. e.*

1) *Karoli et Lotharii.* 2) *Post synodum ab episcopis Karoli Iun.* 14. apud Saponarias *(Savonnières prope Toul) habitam; cf. Ann. Prud.* 3) *Oct.* 25.

omnia satisfecisset, accepta licentia ad proprium rediit monasterium.

Urbs[a] Mogontia[b] cum locis sibi contiguis per totum anni circulum inmani terrae motu vexatur. Probus presbyter religiosus, cuius casta conversatio et doctrinae sanctae studium Mogontinam[c] illustravit aecclesiam[d], VII. Kal.
Iun. 25. Iulii diem obiit; sed quoniam per omnia longum est texere[e], qualiter in supradicta aecclesia[d] sine fastidio die noctuque fructuoso labore desudaverit vel quomodo omnibus omnia factus fuerit, ut cunctos lucrifaceret[f] Christo[1], saltem[g] aliqua virtutum illius[h] duobus versiculis[i] non pigeat memoriae commendare, ut ex his caetera[k] illi divinitus collata[l] facilius valeant intellegi:

Quam prudens, humilis, patiens[m] castusque fuisset,
Littera vel lingua nulla referre potest.

860.

DCCCLX. Hibernum tempus asperum nimis et solito prolixius erat frugibusque et arborum proventibus pernoxium; nix quoque sanguinulenta in plerisque locis cecidisse reperta est. Mare etiam Ionium[2] glaciali rigore ita constrictum est, ut mercatores, qui numquam antea nisi vecti navigio, tunc in equis quoque et carpentis mercimonia ferentes Venetiam[n] frequentarent.

Hludowicus[o] rex et Karlus[p] frater eius neposque eorum Hlutharius[q] cum primatibus suis in Confluente
(Iun. 5). castello convenientes pacem inter se et fidelitatem mutuam singuli iuramento firmaverunt, cuius sacramenti series huiusmodi fuit[3]: 'A modo et quamdiu vixero, istum fratrem meum Karlum[r] et nepotes meos Hludowicum[s] et Hlutharium[t] atque[u] Karlum[t] ad Dei voluntatem et sanctae aecclesiae[v] statum et honorem atque[w] defensionem et ad nostram communem salutem et honorem et ad populi christiani nobis commissi salvamentum et pacem et ad legis ac iusticiae atque rectae[x] rationis conservationem, quantum mihi Deus scire[y] et posse donaverit et ipsi me obaudierint et a me ipsi quaesierint[z], vero consilio

a) Urbs — referre potest *des.* 2. b) mogontina 1; magontia 3*c*; moguntia 3*e*. c) mogontiam 1. 3*c*; mogontianam 3*d*; moguntinam 3*e*. d) eccl. 3*c*. *d*. *e*. *F*. e) explicare 1. f) lucrificaret 1. g) saltim 3*c*. *d*. *e*. *F*. h) eius 1. i) versibus 1. k) cetera 3*c*. *d*. *e*. l) collecta 1. m) paciens 1. 3*e*. n) veneciam 1. 3*c*. o) Lud. 3*d*. *e*. p) karolus 1. 2; Carlus 3*d*. *F*. q) hloth. 1. 2; luth. 3*d*. *e*. r) Karolum 1. 2. s) hludaw. 3*c*; ludow. 3*d*. *e*. *F*. t) luth. 3*c*. *d*. *e*. *F*. u) *ab hoc verbo quintus incipit codicis* 3 *quaternio*. v) eccl. 1. w) atque ad def. 1. x) recte 3. y) *deest* 1. z) quesierint 3.

1) *Cf.* 1. *Cor.* 9, 22. *De Probo v. Poet. Carol. II, p.* 394. 2) *I. e. Adriaticum.* 3) *Ex actis synodi* 860. *Iun.* 5. *habitae. (Capitularia reg. Francor. II, p.* 154*); cf. Dümmler I, p.* 456 *sq.*

et secundum quod mihi rationabiliter et salubriter possibile fuerit, sincero auxilio adiutor ero[a] ad regnum illorum continendum et nec in vita nec in membris neque in regno illorum eos forconsiliabo[b], in hoc, ut ipsi erga me similem promissionem faciant et conservent'.

*861. *p. 374.

DCCCLXI. Hludowicus[c] rex conventum habuit in Reganesburg[d] tercia septimana post sanctum pascha, in (Apr. 6). quo Ernustum[e], summatem inter omnes optimates suos, Apr. quasi infidelitatis reum publicis privavit honoribus. Utonem quoque et Berengarium[f] fratrem eius atque Sigihartum[g.*] comites Waldonemque[h] abbatem[1] cum aliis nonnullis quasi conplices infidelitatis eius similiter exauctoravit; e quibus Uto et Berengarius[f] cum Waldone[i] fratre suo in Gallias ad Karlum[k] regem secesserunt, caeteris[l] infra patriam in proprietate sua remanentibus.

Karlmannus[m] quoque filiorum regis maximus[2] res novas molitus est; expulit enim duces, quibus custodia commissa erat Pannonici limitis et Carantani[n], atque per suos marcam ordinavit. Quod regis animum rebellionem suspicantis non parum commovit.

862.

DCCCLXII. Karlmannus[o] per sacramenta pacis et securitatis suae[p] Reganesburgum venit et reddita ratione convicit adversarios patrique suo reconciliatur, iuramento firmans[q], ne contra eius iustam potestatem quicquam deinceps mente malitiosa[r] machinaretur[3]. Et Karlmannus[o] quidem ad sua cum pace revertitur; rex vero Mogontiam profectus occurrentem sibi ad conloquium[s] nepotem suum suscepit Hlutharium[t] regem[u].

*) eius Sig. atque Geroltum 2.

a) adiuuauero 1. b) fores consiliabo 3. c) Hludauuicus 3. d) reganesburc 1. e) hernustum 2. f) berngar. 3. g) sigihardum 3. h) waltonemque 2. i) waltone 2. k) karolum 1. 2. l) ceteris 2; cetteris 3. m) carlm. 1. 2. n) cariantani *priore* i *eraso* 1; cariantani 2. o) Carlm. 2. p) sue 3. q) confirmans 2. 3. r) maliciosa 2. 3; mal. mente 1. 2. s) colloquium 1. 2. t) hlotharium 1. 2. u) *deest* 2; regem Hloth. 1.

1) *De horum cognatione cf. Eckhartum de rebus Franciae orientalis T. II, p.* 481. *P. Udo et Berengarius comites Waldoque abbas monasterii Schwarzach ad Rhenum superiorem siti Gebhardi comitis filii, Ernusti nepotes fuerunt; cf. Dümmler II, p.* 21. 2) *Ernusti gener; cf. Ann. Hincmari.* 3) *Cf. Hincm. Ann.:* Carlomannus Hludowici regis Germaniae filius concessa sibi a patre regni portione, quam pridem invaserat, et dato sacramento, ne amplius inde sine patris voluntate invaderet, cum patre pacificatur. *Uterque scriptor notitia quadam Ratisbonae constituta uti videtur.*

Eodem quoque anno rex ducto in Obodritos[a] exercitu[b] ducem eorum Tabomuizlem[c] rebellantem dicto oboedire[d] et filium suum cum aliis obsidibus dare coegit.

863.

Karlmannus[e] filius regis, qui praelatus[f] erat Carantanis[g], tam multis criminibus et tam magnis apud patrem absens accusatus est, ut merito reus maiestatis haberi debuisset, si ea, quae in eum dicta sunt, ab accusatoribus probari potuissent. Quod regis animum adeo commovit, ut per se ipsum coram frequentia populi sui protestatus sit, Karlmannum[h] filium suum ab eo tempore et deinceps, donec ipse viveret et regnaret, sua voluntate publicis honoribus numquam esse potiturum. Quo audito Karlmannus[h] ab itinere, quo ad palatium ire coeperat[i], perterritus in Carinthiam se recepit, ibi tutari apud suos, quos sibi fideles arbitratus est, volens, donec patris ira quiesceret et ipse per internuntios veraces sibi fallaciter obiecta purgaret. Interea rex collecto[k] exercitu specie quidem quasi Rastizen[l] Margensium[m] Sclavorum ducem cum auxilio Bulgarorum[n] ab oriente venientium, ut fama fuit, domaturus, re autem vera ad Carantanos filium expugnaturus[o] accessit. Qui revera se ad id temporis defenderet, nisi proditione Gundachari[p] comitis sui[1] deciperetur incautus; qui totum pene robur exercitus secum habens quasi vada fluminis Swarzahae[q. 2] hostibus prohibiturus cum omnibus

a) abodritos 1. 2. b) exertitu 3. c) tabomiuzlem 1; tabomuizilem 3. d) obedire 2. 3. e) Carlm. 2. f) prelatus 1. g) carantinis 2. h) carlm. 1. 2. i) ceperat 3. k) collectu 3. l) rasticen 1; rasticem 3. m) marahensium 1. 2. n) uulgarum 1. 2. o) expugnaturum 3. p) gundacari 1. 2. q) fluminis N. 3.

1) *Qui ab ipso Karlmanno a.* 861. *Pabonis loco marchio Karantaniae constitutus erat; cf. Dümmler II, p.* 23 *et* 51. 2) *Swarzaha, in anfractuosis Nivei Montis* (der Schneeberg) *lateribus orta, viam quae ex Styria per summum Cetium* (der Sömmering) *Vindobonam ducit, inde ab oppido Schottwien usque ad exitum montium comitatur, ita ut primum sinistro sive occidentali vallis lateri adlabens, mox ubi colles in planitiem decrescunt, in orientem transeat, et vallis ostium praecludat, Littaham atque Danubium petitura. In eo igitur loco, dextra laevaque montibus, et in fronte Swarzaha munito, fluminis vadum et unicum idque difficillimum in Carinthiam iter regi Gundacar interdicturus consederat. Situm locorum a.* 1820. *et* 1821. *inspexi. Via ipsa, qua Carolus VI. Augustus mare Superum Marti Mercuriove aperuisse non incongrue legitur, per saxa ingentia ascendit, in ipso loco Schottwien ita angusta, ut porta iniecta et castello desuper imposito penitus claudi et interdici potuerint. Porta et munitionis ruinae extant. Locus praeterea theloneo a mercatoribus exigendo peropportunus, eoque iam saeculis XIII. et XIIII. notus. P.*

copiis transivit ad regem et praelatus est Carantanis, sicut ei prius occulte promissum est, si dominum suum fraude
p. 375. decepisset. Et hic quidem praefecturae di*gnitatem hoc modo promeruit. Karlmannus[a] vero per iuramenta principum venit ad patrem, de obiectis sibi criminibus securus, quia innocens erat; et testimonio conscientiae fretus laetum[b] se per omnia exhibebat atque iocundum[1].

Ea[c] tempestate Karlus[d] archiepiscopus Mogontiacensis[e] aecclesiae[f] II. Non. Iunii defunctus est, et[g.*] per Iun. 4.
totum deinceps annum vacavit episcopatus[2]. In regno quoque Hlutharii[h] pro eo, quod dimissa uxore legitima alteram duxit, synodus[i] in Mettis collecta est[3] omnium episcoporum eius praeter Hungarium Traiectensem, quem aegritudo[k] (Iun.).
detinuit; aderant et missi Nicolai pontificis Romani ob eandem causam diligenter[l] investigandam directi. In qua negotio ventilato rex factum suum, propter quod arguebatur, consilio et auctoritate episcoporum suorum se fecisse testatus est. Quod illi non[m] inficiantes[n] quasdam assertiones[o] rationum[p] verisimilium, quibus gestae[q] rei qualitatem munire nisi sunt, opposuerunt[r] easque litteris conprehensas[s], ut legati apostolici suggesserunt, per Guntharium[t] Agrippinae[u] Coloniae[v] et Theotgaudum[w] Treverensem[x] Galliae Belgicae[y] archiepiscopos Nicolao apostolicae sedis pontifici probandas transmiserunt. Qui convocato Romanae[z] urbis[a] episcoporum concilio et Mettensem ana- (Oct.).
thematizavit synodum[b] et ad se missos episcopos deposuit et communione privavit[4]: iuste quidem et canonice, ut scriptis suis ipse testatur; iniuste vero, sicut illi rescriptis

*) *Pro verbis* et — episcopatus *auctor recensionis primae (cod.* 1*) haec posuit:* cui Liutbertus in episcopatus honore successit II. Kal. Decembris. *Quae in recensione secunda (codd.* 2. 3*) ita mutata sunt:* et *(deest* 3*)* Liutbertus eiusdem sedis honore sublimatus II. Kal. Dec.

a) Carlm. 1. 2. b) letum 3. c) Et a 2. d) Karolus 1. 2. e) mogonti . . ensis *duabus litteris erasis* 1. f) ecclesiae 2. g) *verba* et — episcopatus *in codice* 3 *manu prima scripta erant; deinde his deletis eadem manus in margine adiecit:* Liutbertus — dec. h) hloth. 1. 2. i) sinod. 3. k) egritudo 3. l) dilienter 3. m) *deest* 1. n) inficientes 1. 3. o) assercionibus 3. p) racionum 3. q) geste 3. r) obposuerunt 3. s) compreh. 1; conpraehensas 3. t) guntarium 2; gundharium 3. u) agripinae 1. 2; agrippine 3. v) colonie 3. w) thiotgaudum 2. x) trevirensem 1. 2. y) gallie belgice 3. z) romane 3. a) sedis 2. 3. b) sinod. 3.

1) *Hincmarus eum in libera custodia a patre tentum esse narrat, e qua a.* 864. *fuga lapsus sit.* 2) *Haec verba ante finem anni scripta esse necesse est; cf. 'Neues Archiv' XVII, p.* 96. 3) *De qua cf. Dümmler II, p.* 64—68. 4) *Cf. Regin. Chron.* 865*; Dümmler II, p.* 68 *sqq.*

et assertionibus[a] firmare conantur*. Propterea[b] partis utriusque scriptorum seriem his annalibus inserendam esse iudicavi, discernendam[c] rei veritatem lectoris arbitrio derelinquens. Et haec quidem sunt apostolicae sedis decreta sinodalia[1]:

'Nicolaus servus servorum Dei reverentissimis et sanctissimis fratribus nostris, archiepiscopis in regno Hluduwici regis Germani constitutis. Scelus, quod Hlutharius rex, si tamen rex veraciter dici possit, qui nullo salubri regimine corporis appetitus refrenat, sed lubrica enervacione magis ipsius illicitis motibus cedit, in duabus feminis, Theutperga[d] scilicet et Waltdruda, commisit, omnibus manifestum est. Sed et dudum episcopos Theutgaudum et Gundharium in tali facto eum habuisse tutores atque fautores[e] pene totus nobis orbis undique ad limina seu sedem confluens apostolicam referebat, absentibus quoque id ipsum nostro scribentibus apostolatui. Quod nos tanto credere rennuimus, quanto de episcopis tale quid audire nullatenus sperabamus; donec ipsi Romam tempore concilii venientes coram nobis et sancta sinodo tales inventi sunt, quales fuerant a multis sepissime praedicati; ita ut scriptura, quam suis stipulaverant manibus quamque volebant, ut nostro roboraremus cyrographo, caperentur et, dum muscipulam innocentibus opponere satagerent, insidiis suis illaqueati sunt[f] ipsi. Sicque conpletum est Deo auctore, quod in Proverbiis
Prov. 1, 17. legitur: *Frustra iactatur*[g] *ante oculos rete pennatorum.* Siquidem ipsi obligati sunt et ceciderunt; nos vero, qui in hoc flagicium falso cecidisse dicebamur, favente[h] Domino cum iusticiae propugnatoribus resurreximus et erecti sumus. Igitur decernente nobiscum sancta sinodo in praesentia depositi et ab offitio sacerdotali excommuni*cati atque a regimine episcopatus alienati indubitanter existunt. *p. 376. Unde vestra fraternitas canonum normam custodiens[i] et decretorum[k] sanctiones observans caveat, ne hos, quos nos abiecimus, recipere in sacerdotum catalogo[l] praesumat. Deposicionis autem sententia[m], quam in praedictos Theutgaudum et Guntharium protulimus, cum ceteris capitulis, quae sancto concilio nobiscum sanciente promulgavimus, inferius annexa monstrabitur:

DE SINODO IN METTENSIUM URBE A THEUTGAUDO ET GUNTHARIO ARCHIEPISCOPIS CONGREGATA PENITUS ABOLENDA. CAP. I.

Sinodum, quae[n] nuper, id est sub piissimo imperatore Hludowico per indictionem[o] undecimam mense Iunio, in Mettensium urbe ab epi-

*) *Omissis eis, quae sequuntur, usque ad finem huius partis omnibus codices* 1 *et* 2 *(recensio prima ab auctore partis tertiae instituta) haec tantum exhibent:* Scripturam autem utriusque partis quisquis curiosus scire voluerit[p], in nonnullis Germaniae locis poterit invenire[q].

a) assercionibus 3. b) *abhinc usque in finem anni omnia in uno codice* 3 *(et exemplaribus inde derivatis) continentur.* c) disceruende 3. d) theuperga 3. e) auctores atque factores *Hincmarus.* f) sicut 3; sint *Hincm.* g) iacitur *Hincm.* h) faciente *H.* i) custodians 3. k) decretorem 3. l) cathal. 3. m) sententiam 3. n) que 3. o) indiccionem 3. p) desiderat 2. q) *hic in utroque codice continuo sequitur annus* 864.

1) *Eandem epistulam eodem tempore ad episcopos occidentalis regni missam Hincmarus in Ann. Bertin. exhibet.*

scopis, qui nostrum praevenerant iudicium, collecta est, quique apostolicae[a] sedis instituta temere violarunt, ex tunc et nunc et in aeternum iudicamus esse cassatam et cum Epheseno latrocinio reputatam apostolica auctoritate in perpetuum esse sancimus[b] damnandam nec vocari sinodum, sed tamquam adulteris faventem[c] prostibulum apellari decernimus.

DEPOSITIO THEUTGAUDI ET GUNTHARII ARCHIEPISCOPORUM. CAP. II.

Theutgaudum[d] Treverensem, primatem Belgicae[e] provinciae, et Guntharium Agripinae Coloniae[f] episcopos nunc coram nobis et sancta sinodo sub gestorum insinuatione, qualiter causam Hlotharii regis et duarum mulierum eius, Theutpergae[g] scilicet et Waltdrudae, recognoverint[h] et iudicaverint, scriptum super hoc propriis roboratum manibus offerentes nihilque se plus vel minus aut aliter egisse ore proprio multis coram positis affirmantes et sententiam, quam a sede apostolica in Ingildrudem uxorem Bosonis sanctissimus frater noster Mediolanensis archiepiscopus Tado et ceteri coepiscopi nostri petierant emittendam et nos divino succensi zelo sub anathematis obtestatione canonice protuleramus, publice viva voce se violasse confitentes, in quibus omnibus invenimus eos apostolicas atque canonicas sanctiones[i] in pluribus excessisse et aequitatis[k] normam nequiter temerasse, omni iudicamus sacerdocii officio permanere penitus alienos, Spiritus sancti iudicio et beati Petri per nos auctoritate omni episcopatus exutos regimine consistere diffinientes. Quod si iuxta praecedentem[l] consuetudinem tamquam episcopi ausi fuerint aliquid de sacro ministerio contingere, nullo modo liceat eis nec in alia sinodo restitutionis spem aut locum habere satisfactionis; sed et communicantes eis omnes abici de ecclesia, et maxime si, postea quam didicerint[m] adversus memoratos prolatam[n] fuisse sententiam, eisdem[o] communicare temptaverint[p].

DE CETERIS EPISCOPIS. CAP. III.

Ceteri autem episcopi, qui complices horum, Theutgaudi scilicet et Gundharii, vel sectatores esse feruntur, si cum his coniuncti seditionem[q], coniurationes vel conspirationes fecerint, vel si a[r] capite, id est a sede beati Petri, illis haerendo[s] dissenserint, pari cum eis damnatione teneantur astricti[t]. Quod si cum sede apostolica, unde eos principium episcopatus sumpsisse manifestum est, sapere de cetero per semet ipsos vel missis ad nos legatis cum scriptis suis professi[u] extiterint, noverint sibi a nobis veniam non negandam nec amissionem honorum suorum pro retroactis praesumptionibus aut subscriptionibus, quas in profanis[v] fecerunt gestis, per nos ullo modo formidandam.

DE ENGILDRUDE[w]. CAP. IIII.

Ingildrudem filiam quondam Mactifredi comitis, quae Bosone proprio viro relicto ecce iam per septem circiter annos hac atque illac vagabunda discurrit[x], nuper cum fautoribus[y] suis regulariter anathematizavi-

a) apostolice 3. b) sanc. e. *H.* c) favente 3. d) Teutgaudum 3. e) belgice 3. f) colobiae 3. g) theutpergi 3. h) se rec. 3. i) sanciones 3. k) equitatis 3. l) preced. 3. m) didicerant *H.* n) prolata fuisset sententia 3. o) eidem 3. p) temptaverunt *H.* q) seditiones *H.* r) *deest* 3. s) herendo 3. t) obstricti *H.* u) se prof. *H.* v) *ita H.;* pro infanis 3. w) De Engildrudae 3. x) *ita H.; deest* 3. y) fautaribus 3; factoribus *H.*

mus, sed propter contumaces eam [1] iterato anathematis duximus vinculis innodandam. Sit[a] igitur a Patre et Filio et Spi*ritu sancto, uno et vero *p. 377. Deo, et ab omnibus sanctis patribus et ab universa sancta Dei catholica et apostolica ecclesia et a nobis penitus anathema cum omnibus complicibus, communicatoribus atque auxiliatoribus suis: ita ut, sicut iam decrevimus, si quis ei communicare vel favere in aliquo praesumpserit[b], si quidem clericus fuerit, in[c] eodem vinculo constrictus officium clericatus amittat, monachi vero et laici, si inobedientes decreto praesenti[b] fuerint, similiter anathematizentur. Sane si eadem mulier ad virum suum reversa fuerit vel apostolicam beati Petri sedem Romam properans accesserit[d], veniam ei post dignam satisfactionem procul dubio non negabimus[e]. Verumtamen[f] sub priori vinculo anathematis, quo illam prius et nunc obligavimus, interim constricta permaneat. Si quis autem eidem Ingildrudae[g] apostolicam beati Petri sedem Romam spetialiter properanti vel occurrenti nescius communicaverit aut sciens opem in veniendo praestiterit, nullo pro hoc vinculo teneatur innexus[h].

DE SENTENCIIS ATQUE INTERDICTIS SEDIS APOSTOLICAE. CAP. V.

Si quis dogmata, mandata, interdicta, sanctiones vel decreta pro catholica[i] fide, pro ecclesiastica disciplina, pro correctione fidelium, pro emendatione sceleratorum vel interdictione imminentium vel futurorum malorum a sedis apostolicae[k] praesule[b] salubriter promulgata contempserit, anathema sit.

Episcopi vero supradicti, postquam damnati sunt, haec rescripserunt [2]:

CAP. I. Nicolao[l] pontifici Gundharius atque Theotgaudus.

Patres episcopi et fratres coepiscopi nostri ad te nos direxerunt et nos sponte ivimus[m], consulere videlicet expleta[n] generali legatione tuum magisterium super his specialiter[c], quae[o] pariter, prout nobis visum fuit et adicientibus[p] notum esse potuit, iudicavimus, auctoritates rationesque, quas secuti fuimus, scriptis ostendentes, ut tua sapientia perscrutatis omnibus, quid inde sentires[q] et quid velles, nobis paterno[c] demonstrares affectu[r] nosque fraterna caritate procurares; et si melius illud tua sanctitas inveniret, ut nos instrueres et doceres, subpliciter[s] obsecravimus, parati, quicquid rectius et probabiliter insinuares[d], libenter[t] amplecti.

CAP. II. Sed nos per tres epdomadas tuum expectantes responsum, nil certitudinis nihilque doctrinae[u] nobis expressisti[v]; tantum[w] quodam die in publico[x] dixisti nos excusabiles[y] apparere et innocentes iuxta nostri assertiones[z] libelli.

a) Fit 3. b) pres. 3. c) *deest H.* d) *ita H.; deest* 3. e) denegabimus *H.* f) Veruntamen 3. g) Ingildrude 3. h) annexus *H.* i) catdolica 3. k) apostolice 3. l) Nicalao 3. m) ibimus 3; venimus *H.* n) expl. g. leg. *des. H.* o) que 3. p) a. et approbantibus *H.* q) sentiret . . vellet . . demonstraret *H.* r) aff. — procur. *des. H.* s) doc. hoc, humiliter postulamus *H.* t) una cum confratribus nostris sanis adquiescere documentis *H.* u) doctrine 3. v) exprẹsisti 3. w) sed tantum *H.* x) bublico 3. y) excausabiles 3. z) adsertionem *H.*

1) *Nicolaum* contumaciam *scribi voluisse apparet; sed cum etiam Hincmari codex* 1 *(Bertinianus)* contumaces eam *exhibeat, hoc mendum in ipsa epistula videtur fuisse.* 2) *Eandem fere epistulam praefatione auctam paucis mutatis ad episcopos regni Lotharii miserunt; quam Hincmarus totam recepit.*

CAP. III. Ad ultimum autem[a] nos evocati ad tuam praesentiam deducti sumus nihil adversitatis suspicantes; ibique obseratis ostiis facta more latrocinali conspiratione[b] ex clericis et laicis turba collecta et permixta, nos violenter inter tantos obprimere[c] studuisti, longa[d] scilicet intercapedine[e] a nostris et clericis et laicis separatos; atque sine sinodo et canonico examine, nullo accusante, nullo testificante nullaque disputacionis discrecione dirimente vel auctoritatum probatione convincente, absque nostri oris confessione, absentibus aliis metropolitanis et diocesaneis coepiscopis et confratribus nostris, extra omnium omnino consensum tuo solius arbitrio et tyrannico furore nosmet damnare[f] voluisti, subito[g] quadam tibi cartula et inprovise porrecta, lectoris officium assumens, assistente lateri tuo Anastasio, olim presbytero ambitus damnato et deposito et anathematizato[h], cuius scelerato magisterio tuus praecipitatur furor.

CAP. IIII. Ergo tuam pravam sententiam[i] a zelo rectitudinis alienam[k], iniustam et inrationabilem, canonicis legibus contrariam[l] nequaquam recipimus, immo[m] cum omni cetu fraterno quasi nefas atque[n] maledictum frustra prolatum contemnimus atque abicimus; tibique anathematizatorum[o] et religionis sacrae[p] abiectorum et contemptorum fautori et communicatori revera communicare nolumus[q], contenti totius ecclesiae
378. *communione et fraterna societate, quam tu arroganter te superexaltans despicis teque ab ea elationis tumore indignum faciens segregas[r].

CAP. V. Igitur ex tuae[s] levitatis temeritate propria tibimet sententia anathematis plagam[t] inflixisti exclamans: 'Qui apostolica praecepta non servat, anathema sit'; quae tu multipliciter violare et violasse dinosceris divinas leges simul et sacros canones calcans[u] et, quantum in te est, evacuans, praedecessorum tuorum pontificum Romanorum vestigia sequi nolens.

CAP. VI. Nunc ergo, quia[v] fraudulentiam et calliditatem tuam[w] experti sumus, indignationem[x] quoque tumidumque potentatum agnoscimus, nihil tibi tuaeque superbiae[y] cedimus, qua nos ad vota[z] nostrorum, quibus faves, inimicorum obruere festinabas; sciesque nos non tuos esse, ut te iactas et extollis, clericos, quos ut fratres et coepiscopos regnoscere, si elatio[a] permitteret, debueras. Et haec tibi nostri ordinis non inscii, nimirum[b] tua inprobitate conpulsi respondemus, non quasi ad illatam nobis contumeliam provocati[c], sed contra tuam iniquitatem ecclesiastico[d] zelo accensi, nec nostrae vilitatis[e] personam attendentes, sed omnem nostri ordinis universitatem, cui vim inferre conaris, prae oculis habentes'[1].

Huc usque Ruodolfus[f].

a) *deest H.* b) consp. m. latr. f. et *H.* c) oppr. inter t. viol. *H.* d) longa — separatos *des. H.* e) inter campedine 3. f) d. nosmet *H.* g) subito — furor *des. H.* h) anathemato 3. i) Sed tuam maledictam sent. *H.* k) a paterna benignitate al., a fraterna karitate extraneam *H.* l) adversum nos iniuste et inrationabiliter contra leges canonicas prolatam *H.* m) ymmo 3. n) nef. a. *des. H.* o) anathematorum 3. p) sacre 3. q) Te ipsum quoque dampnatis et anathematizatis sacramque religionem abicientibus ac contempnentibus faventem et communicantem in nostram communionem nostrumque consortium recipere nolumus *H.* r) sequestras *H.* s) tue 3. t) pestem *H.* u) calc. et *des. H.* v) *ita H.;* qui 3. w) *ita H.; deest* 3. x) ind. — conpulsi respondemus *des. H.* y) tueque superbie 3. z) nota 3. a) sine latio 3. b) nimium tuam 3. c) prov. sumus *H.* d) ecles. 3; *deest H.* e) utilitatis 3. f) *verba* H. u. R. *in codice* 1 *ad finem a.* 863. *margine adscripti des.* 2. 3.

1) *In epistula ad episcopos directa archiepiscopi depositi omissis verbis* indignationem — conpulsi respondemus *septimum caput adiecerunt, in quo, 'quid suae specialis propositionis summa fuerit, in paucis replicant'.*

ANNALIUM FULDENSIUM PARS TERTIA
(MOGONTIACENSIS)
(AUCTORE MEGINHARDO)
A. 864—887.

864.

Aug. DCCCLXIIII.[a] Hludowicus rex mense Augusto ultra Danubium cum manu valida profectus Rastizen[b] in quadam civitate, quae lingua gentis illius Dowina[*, 1] dicitur, obsedit. At ille, cum regis exercitibus[c] congredi non auderet atque loca sibi effugiendi denegata cerneret, obsides, quales et quantos rex praecepit[d], necessitate coactus dedit; insuper cum universis optimatibus suis fidem se cunctis diebus regi servaturum esse iuramento firmavit, licet illud minime servaverit.

Hludowicus et Karolus[e] reges et fratres apud Dusia-
Sept. (865. Febr.). cam[f] villam[2] mense Septembrio[g] convenientes foedus ineunt et, quicquid inter eos levitate humana vel suggestione militum perperam gestum fuerat, sibi mutuo dimittunt, cuncta retro oblivioni[h] tradenda censentes. Huius autem foederis pactum inviolabiliter omni tempore conservandum testes et admonitores idonei ex utraque parte statuuntur. Nam Hludowicus ex parte Karoli Hincmarum Remensem[i] episcopum et Engilrammum[k] comitem[3], Karolus vero ex parte Hludowici Liutbertum archiepiscopum et Altfridum antitistem elegit, ut, si forte ab aliquo eiusdem pacti iura laederentur[l], his admonentibus et gesta priora ad memo-

*) . i . puella *add.* 3 *supra lineam manu prima.*

a) *hoc loco inseruntur in cod.* 3 *verba* Gundharius — consecutus est *apud nos sub finem anni in sinistra parte posita.* b) rasticen 1. c) copiis 2. 3. d) precepit 1. e) carolus 3. f) dusicam 3. g) octobrio 2; septembre 3. h) in oblivioni 1. i) reu . ensē *erasa una littera* 1. k) engilramnum 2. l) lederentur 1. 3.

1) *Vicus Deben (hodie Theben) in confinibus Austriae et Hungariae, cuius ab occidente rupes alta et praerupta Danubii et Marahae confluentem supereminet. Anno* 1821. *turriculas Danubio impositas fere inaccessibiles et in summo montis cacumine murorum et turrium ruinas lustravi et firmissimum natura locum miratus sum. P. Dümmler II, p.* 86, *n.* 4. *de loco dubitat.* 2) *Tusey in diocesi Tullensi mense Februario a.* 865; *Dümmler II, p.* 111. 3) *Flandriae, camerarium Karoli; Dümmler II, p.* 112 *et* 392.

APPENDICES
PARTIS SECUNDAE.

DCCCLXIIII. Gundharius[a] Coloniae[b] civitatis episcopus poenitentia[c] ductus, quod contra domnum apostolicum iniustae[d] rationis contentionem inchoaverat, reconciliationis[e] suae et emendationis gratia[f] Romam profectus[g] in praesentiam apostolici viri Nicolai venit[1], sed veniam minime consecutus est.

riam revocantibus facilius in pristinum statum reformari possent.

Guntharius[h] Coloniae[i] civitatis episcopus poenitentia ductus, quod ministerium sacerdotale ab apostolico sibi interdictum contingere praesumpserat, Romam profectus est[1], sed restitutionis vel satisfactionis locum minime invenit.

Ernust[k. 2] obiit.

865.

DCCCLXV. Ruodolfus[l] Fuldensis[m] coenobii[n] presbyter et monachus, qui apud totius pene Germaniae[o] partes doctor egregius[p] et insignis floruit historiographus[q]
. 379. et poeta atque om*nium artium[r] nobilissimus auctor habebatur, VIII. Id. Mart. diem ultimum feliciter clausit. Decessit autem eodem anno Ernustus comes[2].

Et Arsenius episcopus[3], Nicolai papae[s] Romanae[t] urbis legatus, ob pacem et concordiam inter Hludowicum et Karolum fratrem

DCCCLXV.[u] Werinharius comes[4], unus ex primoribus Francorum, apud Hludowicum regem accusatus, quasi Rastizen suis hortationibus adversus eum[v] incitasset, publicis privatus est honoribus.

Arsenius episcopus[3], Nico- Mart. 8.
lai pontificis Romani legatus, ob pacem et concordiam
inter Hludowicum regem et (Nov. 11).
nepotes eius, Hludowicum videlicet Italiae imperatorem et Hlotharium[w] fratrem eius, (renovandam)[x] missus est in
Franciam[y]. Qui mense Iunio Iun.

a) Gundh. — consecutus est 3 *ad initium anni exhibet; codicibus* 1 *et* 2 *haec desunt.* b) colonie 3. c) penitentia 3. d) iniuste 3. e) reconciliacionis sue 3. f) gratiam 3. g) profectus est 3. h) Gundharius — invenit *etiam in codice* 3 *exstant, sed deleta eodem atramento.* i) colinie 3. k) E. o. *des.* 2. 3. l) Ruodolfus — revertitur Romam *des.* 1. 2; *in codice* 3 *haec eis, quae apud nos in dextra parte posita sunt, praemittuntur.* m) fludensis 3. n) cenobii 3. o) germanie 3. p) egreius 3. q) historiograuus 3. r) arcium 3. s) pape 3. t) romane 3. u) DCCCLXVI. 3. v) eos 1. w) hludhar. 3. x) *deest* 2. 3. y) frantiam 2.

1) *Ad synodum a papa in Kalendas Nov. convocatam; Dümmler II, p.* 100 *sq.* 2) *Marchio a.* 861. *depositus; Dümmler II, p.* 21. 3) *Ortensis.* 4) *Marchio Pannoniae; de quo cf. Dümmler II, p.* 118, *'südöstl. Marken d. fränk. Reiches' p.* 34. 39.

eius necnon Hludharium nepotem eorum renovandam atque constituendam missus
(Iun.). est in Franciam[a]. Qui apud villam regiam Franconofurt[1] a Hludowico rege honorifice susceptus et muneribus magnificis honoratus condictoque inter eos placito de supradicta conventione apud
(Aug. 3). Agrippinam[b] Coloniam habendo[c] ad Karolum regem in Galliam[d] pergit[2]. Illic quoque mirifice a rege susceptus regalibusque donis sublimatus propter condictum pla-
(Oct.). citum Agrippinam, ut diximus, Coloniam venit ibique obviam ei duo fratres, Hludowicus videlicet atque Karolus, absente Hludhario[e] nepote eorum ad condictum placitum convenerunt[3]; multisque ibidem causis bene dispositis cum pace revertitur Romam.

veniens apud Franconofurt[1] a Hludowico rege honorifice susceptus est; a quo absolutus in Galliam perrexit[2] et Theotpergam[f] reginam a Hlothario[g] dudum dimissam, sicut ei ab apostolico iniunctum fuerat, eidem regi[h] restituens Waldratam[i] concubinam illius[k] in Italiam duci praecepit et, ut Hlotharius[g] Theotpergam quemadmodum rex legitime sibi coniunctam deinceps tractaret reginam, duodecim ex optimatibus (Hlotharii) [eiusdem regis][l] iuramento firmare coegit. Deinde in regnum Karoli profectus[4] multisque ibi, quorum gratia illuc venerat, bene dispositis Romam reversus est.

866.

DCCCLXVI.[h] Hludowicus Hludowici regis filius graviter ferens, quod rex quaedam beneficia illi subtrahens Carlmanno[m] fratri suo reddidit, patri molestus efficitur. Nam nuntiis per universam Thuringiam[n] et Saxoniam missis, quoscumque[o] potuit, ad se traxit et contra regem rebellare disposuit; Werinharium quoque, Utonem et Beren-

a) frantiam 3. b) agripinam 3. c) habituro 3. d) galiam 3. e) ludhario 3. f) theotpirgam 2. g) hludhar. 3. h) *deest* 3. i) vuldradam 2; uualdradam 3. k) eius 3. l) hlotharii 1; eiusdem regis 2. 3. m) karlm. 3. n) thuringam 3. o) quosque 3.

1) *Ubi rex paulo antea futuram regni sui inter filios divisionem testamento constituerat; cf. Dümmler II, p.* 119 *et infra a.* 871. 2) *Unde Theotpergam reginam Attiniaci a Karolo acceptam in regnum Lotharii reduxit; Dümmler II, p.* 131—134. 3) *Regum conventus mense Octobri Coloniae factus est; num Arsenius quoque eo venerit, Dümmler II, p.* 135 *dubitat.* 4) *Mense Augusto iterum Attiniacum venit; Dümmler II, p.* 134.

garium comites a patre suo depositos suis adhibens consiliis pristinam eis dignitatem se restituturum esse promisit. Sed et Heimricum[a] principem militiae[b] suae[1] ad Rastizen destinavit, obnixe postulans, ut eiusdem conspirationis fautor fore non recusaret. Quo comperto rex Carlmannum[c] ad tuitionem Baioariae[d] [de]relinquens[e] concitus venit in Franciam[f] et a suis undique confluentibus apud Franconofurt (Aug.). honorifice susceptus est et conspirationem exortam facile restinxit[g. 2]. Tanta etenim multitudo fidelium suorum cum eo tunc aderat, ut pars adversa, nisi timor filii [eius][h] adfuisset[i], ligari procul dubio[k] potuisset. Interea Guntboldus[l] quidam de satellitibus[m] Carlmanni[n] contra dominum suum dimicare volens amisso exercitu vix vivus evasit. Hludowicus vero mediante Liutberto archiepiscopo aliisque pacis amatoribus mense Novembrio apud Wormatiam patri Nov. suo reconciliatur.

Ea tempestate apud Mogontiacum quidam de hominibus Liutberti archiepiscopi orta seditione[o] interfecti sunt; quorum mors graviter in auctores seditionis vindicata est. Quidam enim in ligno suspensi, alii manuum et pedum summitatibus amputatis etiam[p] lumine oculorum privantur; nonnulli omnia sua relinquentes et mortem evadere cupientes exules effecti sunt.

Legati[q] Vulgarum Radesbonam[3] ad regem venerunt, dicentes regem illorum cum populo non modico ad Christum esse conversum simulque petentes, ut rex idoneos praedicatores christianae religionis ad eos mittere non differret.

. 380. *867.

DCCCLXVII. Rex[r] Hludowicus Vulgarum petitionibus[s] annuens Ermenrichum[t] episcopum[4] cum presbyteris ac diaconibus ad propagandam fidem catholicam praefatae[u] genti destinavit. Sed cum illuc pervenissent, episcopi a pontifice Romano missi[5] totam illam terram praedicando

a) heinricum 1. b) miliciae 2. c) calmannum 2; karlm. 3. d) baiariç 1; baioaric 3. e) relinquens 1. f) frantiam 2. g) restrinxit 2. h) *deest* 1. i) affuisset 2. k) produbio 3. l) gundboldus 3. m) sallitibus 1. n) karlm. 3. o) sedicione 2. p) et etiam 3. q) Legati — differret *des.* 2. r) Rex — in sua *des.* 2. s) peticionibus 3. t) ermenricum 3. u) praefate 3.

1) *Comitem Franciae, qui a.* 886. *a Normannis occisus est.* 2) *Circa mensem Augustum; Dümmler II, p.* 152 *sq.* 3) *Rex illic mensibus Iunio et Augusto conversatus est ante expeditionem contra filium susceptam; Mühlbacher nr.* 1418 *sq. De conversione Bulgarorum cf. Dümmler II, p.* 187—192. 4) *Pataviensem.* 5) *Formosus Portuensis et Paulus Populoniensis.*

et baptizando iam tunc repleverunt; quapropter isti accepta a rege licentia redierunt in sua.

Hlotharius[a] rex promissionem suam, quam super Theotperga regina legato pollicitus est apostolico, irritam ducens atque iuramentum optimatum suorum flocci pendens
(865). iterum Waldratae[b] ab Italia revocatae se clanculo socia-
(866). vit[1]. Unde Nicolaus apostolicus divino zelo commotus per diversas christianae[c] religionis (partes) [provincias][d], Italiae[e] videlicet[f], Germaniae, Neustriae atque Galliae, regibus et episcopis destinavit epistolas, in quibus eam cum universis complicibus et communicatoribus[g] fautoribusque suis a consortio sanctae aecclesiae[h] usque ad poenitentiae[i] satisfactionem sequestravit[2]. Misit praeterea epistolam filiis Hludowici regis de honore parentum servando.

(866). Ruotbertus[k] Karoli regis comes[3] apud Ligurim[l] fluvium contra Nordmannos fortiter dimicans occiditur, alter quodammodo nostris temporibus Machabeus; cuius proelia[m], quae cum Brittonibus[n] et Nordmannis gessit, si per omnia scripta fuissent, Machabei gestis aequiperari[o] potuissent.

Terrae motus per plurima loca factus est VII. Id.
Oct. 9. Octobris.

868.

(867. Oct. 30). DCCCLXVIII.[p] Nicolaus pontifex Romanus episcopis Germaniae duas destinavit epistolas, unam quidem de factionibus Grecorum[q, 4], alteram vero de Theotgaudi[r] et Guntharii[s] episcoporum depositione[5], in qua refert eos septem capitalia crimina commisisse, et ob hoc pristinae

a) hludhar. 3. b) uualdradae 2. 3. c) christiane 3. d) partes 1; prov. 2. 3. e) italie 3. f) fidelicet 3. g) comnicatoribus 3. h) eccl. 3. i) pęnitentię 1. k) Ruotb. — VII. Id. Octobris *des.* 2; Ruothbertus 3. l) ligurim *corr.* ligirim 1; ligerim 3. m) praelia 1. n) britonibus 1. o) aequiparari 3. p) *in codice* 2 *numerus* DCCCLXVIII, *qui primo scriptus erat, ab ipso scriptore in* DCCCLXVII. *correctus; ita anni sequentes* 868. 869. 870. *etc. signati: Lambecius vero aut modernorum alius, singulis et inde ab a.* 874. *binis lineolis adiectis, numeros* 868. 869. *etc. et* 876. 877. *etc. restituere conatus est. P.* q) graecorum 2. r) thiotgaudi 3. s) gundharii 3.

1) *Quae iam sub finem a.* 865. *ad Lotharium reversa est; Dümmler II, p.* 138. 2) *Excommunicatio Romae a.* 866. *Febr.* 2. *facta statim in omnibus terris promulgata est; alteram de eadem re epistulam eodem anno Iun.* 13. archiepiscopis et episcopis per Italiam, Germaniam, Neustriam et Gallias constitutis *misit (Mansi, 'Conciliorum collectio' XV, col.* 380—382*), quam Regino a.* 866. *magna ex parte recepit.* 3) *Andegavensis; de quo cf. v. Kalckstein, 'Robert d. Tapfere'; Dümmler I, p.* 450. *Occisus est cum Ramnulfo duce Aquitaniae a Normannorum turba, quae devastata urbe le Mans ad Ligerim redibat,* ad locum, qui dicitur Brieserta *(Brissarthe); cf. Hincmar.* 866, *Regin.* 867, *Dümmler II, p.* 150. 4) 867. *Oct.* 30. *datam (v. Pflugk-Harttung, acta ined. II, p.* 34*; Jaffé nr.* 2883*); cf. Dümmler II, p.* 203. 5) *Datam eodem die (Floss, 'Die Papstwahl unter den Ottonen', dipl. p.* 37—58*; Jaffé nr.* 2886*; cf. Dümmler II, p.* 170.

dignitatis restitutionem nequaquam eos in sempiternum recipere posse commemorat.

Synodus apud Wormatiam[a] mense Maio habita est Mai. praesente Hludowico rege, ubi episcopi nonnulla capitula de utilitate aecclesiastica[b] conscribentes Grecorum[c] ineptiis congrua ediderunt responsa[1].

Hlotharius[d] rex Romam profectus[2] summo studio (869). nisus est Waldratam[e] cum consensu et favore Nicolai pontificis matrimonio sibi coniungere; sed eum iam defunctum reperiens[f] in Beneventum ad fratrem suum Hludowicum[3] perrexit et huius copulae fautorem illum fore postulavit apud Adrianum*, qui Nicolao[g] in pontificatu successit; sed petitionis[h] effectum minime consecutus est.

Eodem[i] anno stella cometes per aliquot noctes apparuit[4]; fontes quoque et flumina propter nimiam imbrium inundationem crescendo intumuerunt et per diversa loca in frugibus et aedificiis damnum fecere non modicum. Hanc plagam fames etiam magna cum ingenti pernicie[k] humani generis per totam Germaniam et Galliam secuta est.

869.

DCCCLXVIIII.[l] Sclavi, qui vocantur Behemi, terminos Baioariorum crebris incursionibus infestant et quasdam villas incendio tradentes mulieres inde duxere captivas. Contra quos Hludowicus rex tutores partium[m] illarum interim misit, donec ipse oportuno tempore suorum vindicaturus iniurias in desertores arma corriperet. Carlmannus[n] exercitibus Rastizi[o] bis numero congressus victor extitit, praedam[p] inde capiens non modicam, sicut ipse litteris ad patrem suum destinatis retulit. Sorabi et Siusli[5] iunctis
p. 381. *sibi Behemis[q] et ceteris circumcirca vicinis antiquos terminos Thuringiorum transgredientes plurima loca devastant et quosdam sibi incaute congredientes interficiunt. Gun-

*) II. *supra lineam add. man. s. XII. in cod.* 3.

a) Vuormaciam 3. b) aecl. 1; eccl. 3. c) gręcorum 2. d) hlutharius 3. e) uualdradam 3. f) repperiens 3. g) nicalao 3. h) peticionis 2. i) Eodem — secuta est *des.* 2. k) perniciȩ 1; pernitie 3. l) DCCCLXVIII. *sine rasura* 2; *addita tamen una linea a recentiore quodam numerus correctus est (cf. a.* 868*).* m) parcium 3. n) Carlmanus 3. o) rastici 3. p) predam 3. q) beheimis 3.

1) *Edidit Neugart, 'Episcopatus Constantiensis' I, p.* 520*; cf. Dümmler II, p.* 204 *sqq.* 2) *A.* 869. *demum mense Iunio Lotharius profectus est, Nicolao iam a.* 867. *Nov.* 13. *mortuo; cf. Dümmler II, p.* 237. 3) *Qui in finibus Beneventanorum cum Sarracenis pugnabat.* 4) *Mensibus Ian. et Febr.; cf. Dümmler II, p.* 231. 5) *Inter Muldam inferiorem et Albim habitantes; cf. Böttger, 'Diöcesan- u. Gaugrenzen' IV.*

dacar[a] vassallus Carlmanni, qui multis periuriis et dolosis machinationibus Hludowico regi eiusque filiis[1] saepenumero[b] extitit infidelis et proprium dominum [de]relinquens[c] ad Rastizen[d] defecerat, contra patriam [more Catilino][e] dimicare volens occisus est. Hic Carlmanni ducibus ad locum certaminis propinquantibus dixisse fertur ad eos, quibus a Rastizo erat praelatus[f]: 'Pugnate fortiter vestram patriam tuentes; ego enim in hoc certamine vobis proficuus non ero, quoniam sanctus Emmerammus ceterique sancti, in quorum reliquiis Hludowico[g] regi filiisque illius fidem me servaturum [esse][h] iuravi, [meum clipeum[i] et hastam tenentes][k] mea brachia iusum[l, 2] (premunt) [deprimunt][m] et me undique constrictum quasi loris ligatum retinent, ita ut nec manum quidem ad os mittere praevaleam'. Dum haec infelix loqueretur, nostris supervenientibus occubuit[n], Domino illi infidelitatis suae condignam mercedem retribuente. Quod cum regi relatum fuisset, omnes in commune Deum[o] laudare signis etiam cunctarum in Reganesburg[p] aecclesiarum[q] concrepantibus pro interitu hostis extincti praecepit.

Hlotharius[r] rex infecto negotio, propter quod Romam venerat, in regnum suum redire volens apud Plasentiam[s]
Iul. (Aug. 8). Italiae urbem mense Iulio diem obiit[3], plurimique de optimatibus illius in eodem itinere consumpti sunt.

Aug. Mense vero Augusto rex Hludowicus[t] collectis copiis in tres partes divisit exercitum: nam[u] aequivocum suum cum Thuringiis[v] et Saxonibus ad comprimendam Sorabum audaciam[w] destinavit, Baioarios vero Carlmanno[x] in adiutorium fore praecepit contra Zuentibaldum[y] nepotem Rastizi[z] dimicare volenti[a], ipse autem Francos et Alamannos secum retinuit adversum[b] Rastizen[c] pugnaturus. Cumque iam proficiscendum esset, aegrotare coepit; unde necessitate conpulsus Karolum filiorum suorum ultimum eidem

a) Cundacar 3. b) sepenumero 1. c) relinquens 1. d) rasticen 3. e) more Cat. *des.* 1. f) *hic clauditur quintus codicis* 3 *quaternio, post quem sextus et septimus exciderunt usque ad verba* Mogontiacum fugerunt *in a.* 881. *pertinentes.* g) ludowico 3*e*. h) *deest* 1. i) clypeum 3*c*. *e*. *F*. k) meum — tenentes *des*. 1. l) *deest* 1; uisum 2. 3*c*; et visum *F*. m) premunt 1; deprimunt 2. 3*c*. *d*. *e*. *F*. n) incubuit 1. o) laud. Deum 3*c*. *d*. *e*; l. Dominum *F*. p) reganesburc 1. q) ęcl. 1. r) Hlutharius 3*c*. *d*. *F*; Luth. 3*e*. s) blasentiam 2; placentiam 3*c*. *d*. *e*. *F*. t) hludovicus 3*d*; ludouuicus 3*e*. u) *deest* 3*d*. *F*. v) thuringis 3*c*. *F*. w) audatiam 2. 3*d*. x) Karlmanno 3*c*. *d*. *F*; karlomanno 3*e*. y) zuendibaldum 1; zuentiboldum 3*d*. z) Rastici 3*c*. a) volentem *codd.* b) adversus 2. *F*. c) rasticen 3*c*.

1) *Hinc sequi videtur eum non solum Karlmanno a.* 863, *sed etiam Ludowico a.* 866. *contra patrem seditionem paranti fidem fefellisse; Dümmler II, p.* 153. 2) iusum *est Italorum* giuso, *Gallorum* ius, *i. e. deorsum. P.* 3) *Cum Hadriano papa Kal. Iul. in monte Cassino reconciliatus domum rediens Placentiae Aug.* 8. *mortuus est; cf. Dümmler II, p.* 238—246.

exercitui praefecit Domino exitum rei commendans. Qui cum[a] exercitu sibi commisso in illam ineffabilem Rastizi[b] munitionem et omnibus antiquissimis dissimilem[1] venisset, Dei auxilio fretus omnia moenia regionis illius cremavit incendio et abscondita quaeque[c] in silvis vel defossa in agris reperiens[d] cum suis diripuit omnesque sibi congredientes fugere compulit[e] vel interfecit. Nec[f] minus Carlmannus[g] regnum Zuentibaldi nepotis Rastizi[h] igne et gladio depopula(ba)tur[i]; vastataque omni regione Karolus et Carlmannus[k] fratres convenerunt, de victoria sibi caelitus[l] data gratulantes. Interea Hludowicus[m] frater illorum cum Sorabis manum conserens primo quidem quibusdam occisis hostes terga vertere coegit; deinde vero non modica ex eis multitudine prostrata et Behemis[n], qui a Sorabis mercede conducti fuerant, partim occisis partim turpiter ad sua redeuntibus ceteros in deditionem[o] accepit.

Dum haec in diversis locis gerebantur, Hludowicus[m] rex apud Radesbonam[p] Baioariae civitatem gravi detinebatur infirmitate, ita ut medici illum sanitatem[q] recuperare posse desperarent. Quapropter omne aurum et argentum, quod in thesauris illius inveniri[r] potuit, per diversa monasteriorum loca distribuit et pauperibus erogavit; unde et a caelesti medico, cui se suaque omnia commendavit, curari promeruit. Karolus vero rex comperta Hludowici[m] fratris sui infirmitate regnum Hlotharii[s] invasit et secundum libitum suum disposuit[2] atque ad se[t] de eodem regno venire nolentes publicis privatisque rebus privavit; qui etiam pravorum usus consilio in urbe Mettensi[u] diadema

a) Qui dum cum *3c. d. e. F.* b) rastici *3c. d. F.* c) quęquę 1. d) repperiens *3c. d. e.* e) conp. 2. *3d.* f) Nęc 2. g) karlm. *3c.* h) Rastici *3c.* i) depopulabatur 1; depopulatur 2. *3c. d. e. F.* k) Karlm. *3c. d. e.* l) celitus 1. m) ludow. *3e.* n) beheimis *3c.* o) dedicionem *3c. e.* p) radasbonam *3c. d. e. F.* q) sanitate 1. r) invenire 1. *3c.* s) hluth. *3c. d. F*; luth. *3e.* t) sedem *3c. e.* u) metensi *3e.*

1) *V. Cl. Fr. Xav. Richter bibliothecarius Olomucensis in litteris ad me datis munitionem hanc pro Dowina habet, cui propterea assentiri nequeo, quod Dowina in rupe constructa et muris lapideis munita non* ineffabilis et omnibus antiquissimis dissimilis *dici potuit nec moenia eius incendio cremari. Locum igitur peramplum, arborum congerie vel dumetis munitum fuisse crediderim. P. Tamen ego Richtero assentiendum esse censeo, siquidem auctor de urbe Rastizi, quam hic et infra ad a.* 871. *dicit, hunc in modum loqui vix potuit, nisi nomen eius iam antea commemoravisset. Cur Dowina urbs, etiamsi Theben fuerit, omnibus antiquissimis dissimilis dici non possit, mihi non liquet; moenia autem eius tunc incendio cremata esse auctor minime contendit; cf. Dümmler II, p.* 278. *Accedit, quod de situ urbis non constat.*
2) *Mense Augusto exeunte profectus Karolus Adventio episcopo invitante Sept.* 5. *ad urbem Mettensem venit; Dümmler II, p.* 282 *sq.*

capiti suo ab illius civitatis episcopo imponi[a] et se imperatorem et augustum quasi duo regna possessurus[b] appellare[c] praecepit.

Omnes autem Hludowici[d] *regis filii in diversis locis rebus prospere gestis sine damno[e] militum suorum cum triumpho regressi sunt. Behemi dextras sibi a Carlmanno[f] dari petunt et accipiunt. *p. 382.

870.

DCCCLXX.[g] Hludowicus[h] rex de infirmitate sua
Febr. 2. convalescens mense Februario in purificatione sanctae Mariae ad Franconofurt villam regni sui pervenit ibique plurimos de optimatibus Hlotharii[i] diu illum opperientes[k] in suum suscepit dominium et beneficium illis a Karolo sublatum restituit. Nonnulli etiam, qui prius cum Karolo fuerant, eum deserentes ad Hludowicum[h] venerunt. Liutbertus Mogontinae[l] sedis[m] archiepiscopus cum quibusdam
(Ian. 7). suffraganeis suis Coloniam[n] profectus Willibertum presbyterum[o] iussu Hludowici[h] regis et totius[p] cleri et populi electione etiam Karolo[q] nolente in locum Guntharii ordinavit episcopum[1].

Zuentibald[r] nepos Rastizi[s] propriis utilitatibus consulens se Carlmanno[t] una cum regno, quod tenebat, tradidit. Unde Rastiz vehementer iratus nepoti occulte ponit insidias et eum in convivio nihil[u] mali suspicantem iugulare disponit; sed gratia Dei a periculo mortis liberatus est. Nam antequam illi, qui eum necaturi erant, domum intrarent, surrexit de loco convivii annuente sibi quodam eiusdem fraudis conscio et quasi cum falconibus[v] lud[um exerc]ens[w] praeparatas[x] devitavit insidias. Rastiz autem videns denudatum consilium suum nepotem cum militibus quasi comprehensurus insequitur; sed iusto iudicio Dei captus est laqueo, quem tetendit: nam ab eodem nepote suo comprehenditur, ligatur et Karlmanno[y] praesentatur[z]; a quo sub militibus illum, ne laberetur, observantibus in Baioariam missus usque ad praesentiam regis servandus in ergastulum retruditur. Karlmannus[a] vero regnum illius

a) inp. 2. b) possurus 2. c) appellari 2. d) ludow. 3*e*. e) dampno 2. 3*d*. *e*. f) karlm. 3*c*. g) *deest* 1; DCCCLXVIIII. 2. h) Ludow. 1. 3*e*. i) hluth. *corr*. hloth. 1; hluth. 3*c*. *d*. *F*; luth. 3*e*. k) operientes 2. 3*c*. *e*. l) moguntinę 3*e*. m) sędis 1. n) *deest* 1. o) episcopum 1. p) tocius 3*c*. *d*. *e*. q) karlo 3*c*. *d*. *e*. r) zuentibalt 3*e*. s) rastici 3*c*. t) karlm. 3*c*. *d*. u) nichil 2. 3*c*. *d*. *e*. v) flaconibus 2. 3*d*. w) ludens 1. x) preparatas 1. y) carlm. 2. *F*. z) pres. 1. a) carlm. 2. *F*.

1) *Cf. Ann. Xant.* 871. *et Regin. chron.* 869; *Dümmler II, p.* 290—293.

nullo resistente ingressus cunctas civitates et castella in deditionem[a] accepit; et ordinato regno atque per suos disposito ditatusque gaza regia revertitur.

Rex autem Hludowicus[b] dies letaniarum[c] et pente- Mai. 1—3.
costes in villa Bisestat[1] prope Wormatiam[d] celebravit[e]. Mai. 14.
Inde a Karolo[f] ad colloquium invitatus mense Iunio[g. 2] ad Iun.
occidentem profectus est; sed in[h] itinere[3] in quodam solario positus ruente aedificio et ipse pariter corruit gravem patiens[i] membrorum[k] collisionem. Tamen simulata sanitate cum Karolo colloquium habuit[4] et diviso inter se Hlot- (Aug. 8).
harii[l] regno, Aquisgrani reversus est; ibique per plures dies iacuit aegrotus.

Apud Mogontiacum[m] per aliquot noctes aer totus rubore quasi sanguine perfusus enituit; alia etiam prodigia (hisdem diebus)[n] visa sunt in caelo[o]. Nam nubes

varii coloris per tres continuas noctes ab aquilone ascendebant, aliae ab oriente et meridie econtra veniebant,	quaedam ab aquilone quadam nocte ascendit, altera ab oriente et meridie e contra venit[p],

spicula ignea invicem sine intermissione mittentes; tandemque in summitate caeli[q] coeuntes et se quasi exercitus in proelio[r] confundentes non modicum timorem simul et admirationem cernentibus ingerebant; omnes tamen rogabant in bonum monstra converti. Ipsa quoque civitas* terrae motu bis numero[h] concussa est; nonnulli etiam in pago Wormacense[s] messem colligentes, propter solis calorem solito graviorem extincti referuntur; plurimi quoque in Rheno[t] flumine suffocati perierunt. Sed et mulier quaedam[u] in festivitate Aug. 10.
sancti Laurentii ceteris ad aecclesiam[v] properantibus panes coxit venales; quae a vicinis suis admonita, ut tantae diei[w] honorem tribueret [et aecclesiam[v] peteret][x], noluit omittere,

*) Moguntina *alio atramento add.* 3e.

a) dedicionem 2. 3*c*. b) ludowicus 3*e*. c) laetaniarum 1. 3*d*. d) wormaciam 1; wormacense 3*c. d. e. F*. e) cęlebravit 2. f) karlo 3*e*. g) iunii 2. h) *deest* 2. i) paciens 2. 3*d. e*. k) menbrorum 3*d. e*. l) hlutharii 3*c. d. F*; luth. 3*e*. m) mogonciacum 3*c*; Mongont. 3*d*; mogunt 3*e*. n) h. d. *des*. 2. 3*c. d. e. F*. o) coelo 2. 3*c. e*. p) varii — veniebant 1; quaedam — venit 2. 3*c. d. e. F*. q) coeli 2. 3*c. d. e*. r) prelio 1. s) uuormaciense 1. t) hreno 2; reno 3*d. e*. u) quedam 1. v) eccl. 3*c. F*. w) dei 2. x) et aeccl. peteret *des*. 1.

1) *Bürstadt inter Wormatiam et Laureshaim.* 2) *Invitatus fortasse Iunio, profectus autem Iulio demum est; cf. Mühlbacher I, p.* 571. 3) *In villa Flamersheim prope Euskirchen.* 4) *Prope Marsanam (Meersen) ad Mosam Aug.* 8; *cuius diei acta cum apud Hincmarum tum separatim servata exstant LL. I, p.* 517. *Dümmler II, p.* 297—300.

quin opus coeptum[a] quaestus[b] causa expleret. Sed cum reverentiae sanctorum praeposuisset lucrum terrenum et ex eadem massa farinae, de qua prius nitidos fecerat panes, postea formatos misisset in fornacem, subito eosdem atramento repperit nigriores. Igitur confusa foras cucurrit[c] et peccatum, quod commisit in transgressione tantae sollemnitatis[d], et damnum[e], quod de interitu panum per*pessa *p. 383.
est, palam omnibus, qui aderant, indicavit. Boum quoque pestilentia in nonnullis Franciae locis inmanissime grassando multis inrecuperabile[f] intulit damnum[g].

Habita est autem et synodus[h] in civitate Colonia iussu
Sept. 26. Hludowici[i] regis VI. die Kalendarum[k] Octobrium, praesidentibus[l] metropolitanis episcopis provinciarum Liutberto Mogontiensium[m], Bertulfo[n] Trevirorum[o], Williberto Agrippinensium[p] cum ceteris Saxoniae episcopis. Ubi cum plurima ad (aecclesiasticam) utilitatem [ecclesiasticam][q] pertinentia[r] ventilassent, etiam domum sancti Petri eatenus minime consecratam dedicaverunt. Feruntur[s] etiam in eadem nocte, quando basilica mane erat consecranda, voces malignorum spirituum audiri inter se loquentium et valde dolentium, se ab obsessis diutissime sedibus expelli debere.

Morante autem Hludowico[t] rege in Aquense[u] palatio venerunt ad eum legati Hludowici[t] imperatoris de Italia simulque Adriani papae, quos ille suscipiens absolvit. Et
(Oct.). post paululum inde transiens circa Kalendas Novembris[1] in Baioariam profectus est; ibique[2] cum suis colloquium habens Rastizen[v] gravi catena ligatum sibi praesentari[1] iussit eumque Francorum iudicio et Baioariorum necnon Sclavorum, qui de diversis provinciis[w] regi munera deferentes aderant, morte damnatum[x] luminibus tantum oculorum privari praecepit[y].

871.

DCCCLXXI.[z] Hludowicus[t] et Karolus Hludowici[a] regis filii dure accipientes, quod quandam partem regni

a) ceptum 1; *deest* 3c. d. e. b) questus 1. 3e. c) cucurit 1. d) sollempnitatis 2. 3c. d. e. e) dampnum 2. 3c. d. e. f) *deest* 2. g) dampnum 3d. e. h) sinodus 1. i) ludow. 3e. k) Calend. 3d; Cal. Octob. F. l) pres. 1. m) mogonciensium 1: mogontiacensium 3c. F; Mogontiaccensum 3d; moguntiacensium 3e. n) berhtulfo 3c. e; berthulfo 3d. F. o) treuerorum 3c. d. e. F. p) agripin. 2; agryppin. 3c. q) aeccl. util. 1; util. eccl. 2. 3c. d. e. F. r) pertinencia 1. 3c. s) Feruntur — debere *des.* 2, *sed ante vocem* Morante *nota* ꝺ *apposita est.* t) ludow. 3e. u) aquensi 2. v) rasticen 3c. w) provintiis 2. 3c. x) dampnatum 3c. d. e. y) precepit 1. z) *deest* 1; DCCCLXX. 2 *(cf. a. 868)*. a) Hludouuic' 3d; ludowici 3e.

1) *I. e. sub finem Octobris; cf. Mühlbacher I, p.* 573. 2) *Ratisbonae; cf. Hincmar. p.* 114, *Dümmler II, p.* 301.

Francorum, quam rex illis sub testamento[1] post obitum suum habendum delegaverat, ab eis auferri et Karlmanno[a] fratri illorum tradi fama volitante audierunt, congregata multitudine non modica Spirensem pagum occupant contra regem rebellare disponentes. Quod cum rex comperisset, de Baioaria profectus venit ad Franconofurt[b] in Kalendis Februarii missisque nuntiis animos filiorum suorum sibi Febr. 1. reconciliari nititur. Sed cum reciproci nuntii[c] diu laborantes rem ad effectum perducere non potuissent, tandem condicto placito (et ad mensem Maium usque dilato)[d] atque pace ex utraque parte iuramento firmata rex quidem in Baioariam se recepit, filii vero illius in loca sibi delegata profecti sunt.

Zuentibald nepos Rastizi[e] apud Karlmannum[a] infidelitatis crimine insimulatus in custodiam missus est. Sclavi autem Marahenses ducem suum perisse putantes quendam presbyterum eius(dem)[f] ducis propinquum nomine Sclagamarum[g] sibi in principem constituunt, ei minantes interitum, ni[h] ducatum super eos susciperet. Qui eisdem necessitate coactus assensum praebens[i] contra Engilscalcum[k] et Willihelmum duces Karlmanni[l] proelia movere et eos ex obsessis civitatibus expellere nititur. Illi vero adversus hostem pari intentione dimicantes et nonnullos de exercitu eius prosternentes eum fugere compulerunt.

Rex Hludowicus[m] mense Maio iuxta condictum pla- Mai. citum venit ad villam Tribure[n, 2]; ibique filiorum suorum animos propter (excaecationem) [obcaecationem][o] cuiusdam Saxonis ad iracundiam provocavit, ita ut ad eius colloquium nollent venire; erat enim is, qui excaecatus[p] fuerat, Heimrichi[q] comitis vassallus[r]. Rex autem filios inde transeuntes in villa Gerinesheim[s, 3] prosecutus vix ad suum invitavit colloquium et blandis sermonibus et beneficiorum pollicitationibus aliquo modo mitigavit, deinde mense Iunio Iun. ad occidentem profectus loca ad se pertinentia peragravit.

Interea Zuentibald[t], cum nullus crimina, quae ei obiecta fuerant, probare potuisset, a Karlmanno[u] dimissus

a) carlm. 2. *F.* b) franconofort *3c.* c) nuncii 1. *3d.* d) et — dilato *des.* 2. *3c. d. e. F.* e) rastici *3c.* f) eius 2. *3c. d. e. F.* g) sclag. *corr.* slag. 1; slag. 2. h) nisi *3c. d. e. F.* i) prebens 1. k) eingilscacum *3e.* l) carlm. 1. 2. *F.* m) ludow. *3e.* n) tribuere *3d.* o) excec. 1; obcaec. 2. *3c. d. e. F.* p) excec. 1. q) heinrichi 1. *3c.* r) vasallus 2. s) Gerichesheim *F*; genchesheim *3c. d. e.* t) Zuendibalt 1; Zuentibalt *3e.* u) carlm. 2; Karlom. *3d*; Carolom. *F.*

1) *A. 865. in conventu Franconofurti post pascha habito; v. supra.* 2) *Tribur seu Trebur ad dextram Rheni ripam paulo supra Moguntiam. P.* 3) *Gernsheim ad dextram Rheni supra Triburem. P.*

et muneribus regiis honoratus in regnum suum rediit, ducens secum Karlmanni[a] exercitum quasi Sclagamarum[b] expugnaturus; sic enim per dolum Karlmanno[c] promiserat, si ei ad patriam reditus concederetur. Sed sicut solet incautos et de se praesumentes[d] sequi ignominia, sic illi contigit exercitui; nam Zuentibald[e] ceteris castrametantibus urbem antiquam Rastizi[f. 1] ingressus est statimque Sclavisco[g] more fidem mentitus et iuramenti sui *oblitus *p. 384. non ad expugnandum Sclagamarum[b], sed ad ulciscendam contumeliam a Karlmanno[h] sibi illatam vires studiumque convertit. Denique Baioarios nihil[i] mali suspicantes et minus se observantes cum magno exercitu in castris[k] aggressus est et multos ex eis vivos comprehendit ceteris pene omnibus occisis[l], exceptis his, qui se prius prudenter de castris subtraxerant; omnisque Noricorum laetitia[m] de multis retro victoriis conversa[n] est in luctum et lamentationem[o]. Quibus auditis Karlmannus[a] de exercitus sui interitu nimium consternatus est et necessitate compulsus[p] omnes obsides, qui in suo regno erant, iussit colligi et Zuentibaldo[q] reddi; vixque unum virum nomine Ratbodonem[r] inde seminecem recepit.

Aug. Mense Augusto Hludowicus[s] rex cum Karolo fratre suo colloquium habuit prope Masam[t] fluvium[2]; sed nec ibi filios suos secum pacificare potuit; noluerunt enim ad eius colloquium venire propter dilationem beneficiorum, quae eis promissa fuerant. Cum autem falsus rumor exisset Hludowicum[s] Italiae imperatorem ab Adalgiso duce Beneventano insidiose peremptum fuisse et rex tristis de Aquense[u] palatio[v] in orientales partes regni sui rediret, ilico filii eius obviam ei venientes et quibusdam beneficiis ab eo acceptis sine ulla difficultate (ei) [regi][w] reconciliantur[3].

Oct. Rex vero mense Octobrio[x] cum suis colloquium habuit in Franconofurt; inde in Baioariam profectus contra Behemos[y] inruptionem[z] in regnum suum molientes tutores

a) carlm. 2. *F.* b) slagam. 1. 2; sclamarum *3e.* c) carlm. 2; Carlom. *F.* d) presum. 1. e) Zuendibald 1; zventibalt *3e.* f) rastici *3c.* g) sclavisco *corr.* slavico 2. h) carlm. 1. 2. *F.* i) nichil 2. *3d. e.* k) in c. *des.* 2. l) et omnes, quos vivos non compr., occidit in ore gladii 2. m) laeticia 2. *3c. d*; leticia *3e.* n) sa est *incipit folium prius fragmentorum Bernensium (3b).* o) lamentacionem *3c. d.* p) conp. 2. q) zuendibaldo 1. r) ratbotonem 2; rathodonem *3c.* s) ludow. *3e.* t) pr. masa *3b. c. d. F*; massa *3e.* u) aquense *corr.* -si 2; aquensi *3c. e.* v) palacio *3c. e.* w) ei 1; regi 2. *F*; regni *3b. d. e*; rēni *3c.* x) octobre *3b. d. e* (oct̄ *3c*; Octob. *F*). y) beheimos *3b. c. d. e.* z) irrupt. *3b. c. d. e. F.*

1) *Eandem hoc loco dici apparet, de qua ad a.* 869. *mentio fuit; cf. supra p.* 69, *Dümmler II, p.* 319. 2) *Traiecti; Dümmler II, p.* 330. 3) *Rhaetiam (Churwalchen) Karolo tunc datam esse in Ann. Alamann.* 871 *(SS. I) traditur; cf. Dümmler II, p.* 334 *sq.*

partium suarum misit, Arnum videlicet episcopum[1] et Ruodoltum[a] comitem[2] aliosque cum eis. Adversarii autem quendam locum vallo (fortissimo) [firmissimo][b] circumdederunt, iter angustum in ipso aditu facientes, ad insidias scilicet illorum, qui terminos observabant, ut, si forte aliquis ex illis illuc veniret, in ipso angusto itinere nusquam declinare valens occideretur. Interea Sclavi Marahenses[3] nuptias faciunt, ducentes cuiusdam ducis filiam de Behemis; quod cum supradicti viri, id est Arn[c] et [alii][d], qui cum eo erant, comperissent, ilico armati adversarios sequebantur. Illi autem fugientes ad vallum memoratum ignari venerunt; ibique propter (angustiam) loci [angustiam][e] equis et armis derelictis vix nudi evaserunt. Nostrates vero supervenientes DCXLIIII equos cum frenis[f] et sellis atque eiusdem numeri scuta, quae fugientes dimiserant, invenerunt; et haec nullo resistente tollentes ad castra laeti reversi sunt.

872.

DCCCLXXII.[g] Mense Ianuario circa epiphaniam Basilii Grecorum[h] inperatoris legati cum muneribus et epistolis ad Hludowicum[i] regem Radesbonam[k] venerunt atque ei inter caetera[l] xenia[m] cristallum mirae magnitudinis auro gemmisque praeciosis[n] ornatum, cum parte non modica salutiferae crucis obtulerunt[o]; qui honorifice suscepti et congrua responsione accepta redierunt in sua. Ian. 6.

Rex vero mediante quadragesima apud villam Forahheim generali conventu habito filios suos de regni partitione[p] inter se dissidentes pacificavit et, quam quisque partem post obitum suum tueri deberet, liquido designavit. Ibi(que)[q] [etiam] Hludowicus[r] et Karolus filii[s] eius in conspectu totius[t] exercitus fidem se illi servaturos esse [omni tempore vitae illorum][u], iuramento firmaverunt. Inde rex in Baioariam reversus pascha celebravit. Mart. — Mart. 30.

Mense autem Maio misit Thuringios[v] et Saxones contra Sclavos Marahenses, qui, quoniam regem secum non habe- Mai.

a) ruodolfum 3*c*; ruodoldum 3*d*. *F*. b) fortissimo 1; firmissimo 2; firmissimum 3*b*. *c*. *d*. *e*. *F*. c) arni 3*b*. *c*. *d*. *F*. d) *deest* 1. e) ang. loci 1; loci ang. 2. 3*b*. *c*. *d*. *e*. *F*. f) fraenis 3*c*. *d*. *e*. *F*. g) DCCCLXXI. 2 *(cf. a.* 868*)*. h) graec. 2. 3*c*. *e*. *F*. i) Ludow. 3*d*. *e*. *F*. k) radasbonam 3*b*. *d*. *e*. *F*; radisb. 3*c*. l) cetera 2. 3*b*. m) exenia 1. n) prec. 3*b*. *d*. o) optulerunt 3*b*. *d*. p) parti . . . . tione *erasis circiter quattuor litteris* 1; partione 2. q) Ibique 1; Ibi etiam 2. 3*b*. *c*. *d*. *e*. *F*. r) ludow. 3*e*. s) filius 2. 3*b*. *c*. *d*. *e*. t) tocius 2. 3*c*. *e*. u) o. t. v. i. *des*. 1. v) thuringos i *inter* g *et* o *eraso* 1; thuringos 2. *F*; thuringios 3*b*. *c*. *e*; thurigios *corr*. thurigos 3*d*.

1) *Wirzburgensem.* 2) *Limitis Bohemici; Dümmler II, p.* 336. 3) *Ipsius Zuentibolchi nuptias fuisse Palacky, 'Gesch. v. Böhmen' I, p.* 132, *n.* 5. *haud inconvenienter suspicatus est.*

bant et inter se concordes esse nolebant, idcirco (terga verterunt) hostibus [terga verterunt][a] et plurimis suorum amissis turpiter redierunt; ita ut quidam comites in illa expeditione[b] fugientes a mulierculis illius regionis verberati et de equis in terram fustibus deiecti referantur. Iterum[1] quidam de Francia[c] mittuntur Karlmanno[d] in auxilium contra Sclavos supradictos; alii destinantur contra Behemos. Qui [Dei adiutorio freti][e] duces quinque (his nominibus) [quorum ista sunt nomina][f]: Zuentislan[g], Witislan, Heriman[h], Spoitimar[i], Moyslan[k], (Goriwei,)[l, 2] cum (magna) [maxima][m] multitudine sibi[n] *rebellare nitentes (Dei auxilio freti)[o] in fugam verterunt et alios quidem occiderunt, alios vero (vulneraverunt. Quidam etiam)[p] in fluvio Fuldaha[q, 3] submerserunt; qui autem evadere potuerunt, in (civitatibus) [civitates][r] defecerunt. Deinde[s] parte non modica illius provinciae depopulata incolumes[t] reversi sunt. In hac expeditione[u] Liutbertus archiepiscopus primatum tenuit. Hi vero, qui Karlmanno[v] missi sunt in auxilium, id est Arn[w] episcopus et Sigihartus[x] abbas Fuldensis monasterii, quamvis fortiter hostes premendo pugnassent, plurimis tamen suorum amissis cum magna difficultate regressi sunt. Sed dum[y] Karlmannus caedes[z] et incendia in Marahensibus exercuisset, Zuentibald misso clam exercitu copioso Baioarios, qui ad tuendas naves in litore[a] Histri fluminis relicti fuerant, occupavit et alios occidit, alios necavit in flumine, alios vero (captivos) duxit [captivos][b]; nullusque inde nisi Embricho[c] Radesbonae[d] civitatis episcopus cum paucis evasit. *p. 385.

Omne tempus aestivum grandinibus variisque tempestatibus pernoxium extitit; nam grando plurima loca frugibus devastavit; (horrida) [horrenda][e] etiam tonitrua et fulmina pene cotidie[f] mortalibus interitum minabantur,

a) t. vert. host. 1; host. t. vert. 2. *3b. c. d. e. F.* b) expedicione 2. *3b. c. e.* c) frantia 2. *3d.* d) carlm. 2. *F*; Kalm. *3d.* e) D. a. fr. *des.* 1. f) his nom. 1; qu. i. s. n. 2. *3b. c. d. e. F.* g) Zuentisla 1; zuuentislan 2. *3c. d. e. F.* h) herman *3e.* i) spoitamar 1; spoimar *3e.* k) myslan *3b. d*; nyslan *3c*; mislan *3e.* l) *deest* 2. *3b. c. d. e. F.* m) magna 1; maxima 2. *3b. c. d. e. F.* n) *hoc verbo finitur 3b.* o) D. a. fr. *des.* 2. *3c. d. e. F.* p) vuln. Qu. et *des.* 2. *3c. d. e. F.* q) vvaldaha 2; fludaha *3d*; Fludaha *in marg.* al. Fuldaha *F.* r) in civitatibus 1; in civitates 2. *3c. d. e. F.* s) et deinde 2. t) incolomes 1. *3c.* u) expedicione 2. *3e.* v) carlm. 2. *F.* w) aran *3c. d. e. F.* x) sigehardus 1; sigihardus *3c. e*; sigahardus *3d. F.* y) cum *3c. d. e. F.* z) cedes 1. a) littore 2. *3c. e. F.* b) capt. d. 1; d. capt. 2. *3c. d. e. F.* c) Embrico *3d. F.* d) radisbonae 2. *3c*; radasb. *3d. e. F.* e) horrida 1; horrenda 2. *3c. d. e. F.* f) cottidie 1.

1) *Hoc item mense Maio factum esse Dümmler II, p.* 338 *demonstrat.* 2) *Sextum nomen in recensione II. omissum principis totius terrae ducis (Boriwoi) fuisse Palacky I, p.* 133, *n.* 96 *arbitratur.* 3) *Moldava, notissimus Bohemiae amnis, qui vel saeculo decimotertio Waldaha audivit. P.*

quorum ictibus praevalidis[a] homines et iumenta in diversis locis exanimata et in cinerem redacta narrantur. Domus quoque sancti Petri[1] apud Wormatiam[b] igne caelesti consumpta est et muri penitus eversi. Sed et terrae motus III. Non. Decembris hora prima Mogontiam[c] concussit[d] civitatem. Dec. 3.

Rex autem disposita Baioariorum regione ad Franconofurt[e] mense Decembri venit ibique natalem Domini celebravit[f]. Dec. 24.

873.

DCCCLXXIII.[g] Mense vero Ianuario cum suis undique convenientibus[h] de statu regni sui et utilitate in loco supradicto placitum habere disposuit; ibique Domino faciente[i] eius bonitas magnifice demonstrata est et quorundam malitia[k] illi insidiantium denudata. Nam cum VII. Kal. Februar. curiam[l] introisset, in praesentia[m] illius et optimatum suorum, episcoporum videlicet atque comitum, malignus spiritus Karolum filium eius minimum invasit et graviter vexavit[2], ita ut a sex viris fortissimis vix teneri potuisset; et quidem satis iuste. Qui enim regem a Deo electum et ordinatum decipere voluit, deceptus est, qui patri suo insidiose laqueos tendere consiliatus est, ipse in laqueos incidit diaboli[n], quatenus[o] ex ipsa vexatione diabolica disceret non esse consilium contra Deum[p]. Rex autem et omnes, qui cum illo erant, vehementer contristati lacrimas fuderunt. Cumque duceretur ad aecclesiam, ut episcopi pro eius sanitate Domino supplicarent, nunc exili nunc grandi voce clamitans morsum se tenentibus aperto ore minabatur[q]. Conversus itaque rex ad aequivocum suum ait: 'Videsne, o fili, cuius dominio vos mancipatis, tu et frater tuus, quando contra[r] me aliquid sinistrum machinari cogitatis? Modo intellegere poteris, si antea noluisti[s], quod iuxta veritatis sententiam nihil[t] opertum est[u], quod non reveletur. Confitere ergo peccata tua et age poenitentiam et Deum humiliter postula, ut tibi relaxentur.

(Marginal notes: Ian. — Ian. 26. — Matth. 10, 26.)

a) preval. 1. b) uuormaciam 1. *3d.* c) mogonciam 1; Mogontinam 2; magontiam *3c. d*; Magontinam *F*; moguntiam *3e.* d) consumpsit *3c. d. e. F.* e) franconofort *3c.* f) cęlebr. 2. g) DCCCLXXII. 2 *(cf. a. 868).* h) venientibus *3c. d. e. F.* i) favente *3c. d. e. F.* k) malicia 2. *3c. d. e.* l) cunam *3d. e.* m) pres. 1. n) diab. inc. *3c. d. e. F.* o) quatinus 2. *3c. d. e.* p) dominum *3c. e.* q) minatur 2. r) adversum *3c. d. e. F.* s) nolusti 1. t) nichil 2. *3c. d. e.* u) *deest* 1.

1) *Quam a Samuele demum episcopo* († 856) *restauratam fuisse Ann. Xant. memoriae produnt.* 2) *De his rebus etiam Hincm. et Ann. Xant. pariter referunt; cf. Dümmler II, p.* 352—354.

Ego etiam, quantum in me est, tibi indulgentiam tribuo'. Idem vero Karolus post sedatam infestationem[a] diaboli viva voce multis audientibus retulit se totiens[b] adversae potestati traditum, quotiens contra regem conspirationem inisset.

Karolus Galliae tyrannus[c] paterna miseratione deposita Karlmannum filium suum in diaconatus officio positum[1] excaecare[d] praecepit[e].

Exactis autem diebus quadragesimae et ebdomada Apr. paschali[2] finita rex de Franco*nofurt[f] transiens in villa *p. 386. Bisestat[g] prope Wormatiam[h] placitum habuit filiosque suos, Hludowicum[i] videlicet et[k] Karolum, ad audiendum singulorum causas constituit; et quicquid illi per se terminare non possent, patris iudicio reservarent. Unde accidit, ut undique venientium[l] querimoniis legitime terminatis unusquisque cum gaudio rediret in sua. Venerunt quoque illuc[m] Sigifridi Danorum regis legati pacis faciendae gratia[n] in terminis[o] inter illos et Saxones positis et ut negotiatores utriusque regni invicem transeuntes et mercimonia deferentes emerent et venderent pacifice; quae omnia rex ex sua[p] parte rata fore promisit[q]. Quidam etiam (Alamannus) [de Alamannia][r] nomine Berehtrammus[s], qui superiore[t] anno in Marahensibus Sclavis fuerat comprehensus, a Zuentibaldo[u] dimissus venit ad regem et legationem sibi ab eodem duce iniunctam retulit, sicut prius iuramento constrictus se facturum esse pollicitus est.

Mai. 1. Inde rex circa Kalendas Maii[v] Mogontiacum[w] veniens per alveum Rheni[x] fluminis navigio vectus Aquense pala-
(Iun.). tium petiit[3]; ibique cum suis secretum habuit colloquium et Rorichum[y] per obsides ad se venientem in suum suscepit dominium.

Aug. Deinde mense Augusto cum apud urbem Mediomatricorum generalem conventum habuisset, Halbdeni[z] frater Sigifridi regis etiam suos ad eum nuntios misit eadem

a) infestacionem *3c. d.* b) tociens 2. *3c. d.* c) tirannus 2. d) excecare 2. *3c. d. e.* e) prec. 1. f) franconofort *3c.* g) biestat *3c.* h) uuormaciam 1. *3c.* i) ludow. *3e.* k) ac 2. l) conven. *3c. d. e. F.* m) illuc *corr.* illic 1. n) gracia 1. o) in term. *des. 3c. d. e. F.* p) sua ex parte 2. q) permisit *3c. d. e. F.* r) alamannus 1; de Alamannia 2. *3c. d. e. F.* s) berchtrammus *corr.* berthr. 2; bertr. *3c*; berhtr. *3d*; berhtramus *3e*; Berthrammus *F.* t) superiori *3c. d. e. F.* u) zuendib. 1. v) mai 2. *3d. e.* w) mogonciacum 1. *3c*; mogunt. *3e.* x) reni *3d. e.* y) roricum *3c.* z) halpdeni 2.

1) *Qui invitus clericus factus a.* 870. *in patrem seditionem concitaverat; cf. Dümmler II, p.* 320—323 *et* 356—359. 2) *Pascha in diem Apr.* 19. *cecidit.* 3) *Ubi compluria diplomata mense Iunio data sunt; Mühlbacher nr.* 1452—1456; *cf. Dümmler II, p.* 367.

postulans, quae frater suus postulaverat; videlicet ut rex legatos suos ad fluvium nomine (Agadoram) [Egidoram][a], qui illos et Saxones dirimit, mitteret et illi eisdem occurrentes pacem ex utraque parte omni tempore stabilem confirmarent. Optulerunt[b] quoque idem nuntii gladium regi pro munere aureum habentem capulum, obnixe flagitantes, ut rex dominos suos, supradictos scilicet reges, in loco filiorum habere dignaretur, et illi eum quasi patrem venerari vellent cunctis diebus vitae suae. Iurabant etiam iuxta ritum gentis suae per arma sua, quod nullus deinceps de regno dominorum suorum regnum regis inquietare aut alicui in illo laesionem[c] inferre deberet; quae omnia rex gratanter accepit et postulata se facturum esse[d] spopondit. Quibus in patriam reversis rex per Alsatiam[e] transiens Argentoratum venit; ibique Rheno[f] flumine transito in Baioariam profectus est.

Eodem anno facta est fames valida per universam Italiam[g] atque Germaniam, et multi inedia[h] consumpti sunt. Tempore vero novarum frugum novi generis plaga et prima in gente Francorum visa Germanicum populum [peccatis exigentibus][i] non mediocriter afflixit. Nam vermes quasi locustae[1] quatuor pennis volantes et sex pedes habentes ab oriente venerunt et universam superficiem terrae instar nivis operuerunt cuncta, quae[k] in agris et in pratis erant viridia, devastantes. Erant autem ore lato et extenso intestino duosque[l] habebant dentes lapide duriores, quibus tenacissimas[m] arborum cortices corrodere[n] valebant. Longitudo et (crassitudo) [grossitudo][o] illarum quasi pollex viri; tantaeque erant multitudinis, ut una hora diei centum iugera frugum prope urbem Mogontiam[p] consumerent. Quando autem volabant, ita totum aerem per unius miliarii spatium[q] velabant, ut splendor solis in terra positis vix appareret; quarum nonnullae in diversis locis occisae spicas integras cum granis et aristis in se habuisse repertae sunt. Quibusdam vero ad occidentem profectis supervenerunt aliae, et per duorum mensium curricula pene cotidie[r] suo

a) agadoram 1; egidoram 2. 3*c. d. e. F.* b) obtulerunt 3*c. e. F.* c) lesionem 1. 3*d.* d) *deest* 3*c. d. e. F.* e) alsaciam 3*c.* f) Reno 3*d*; reno *corr.* rheno 3*e.* g) Taliam 3*d.* h) inedia 1. 3*d.* i) pecc. ex. *des.* 1. k) cunctaque i. a. e. i. p. vir. devastabant 3*c. d. e. F.* l) duos quae 2. m) tenascissimas 2. n) conrodere 2. o) crass. 1; gross. 2. 3*c. d. e. F.* p) mogonciam 1; mogonciacum 3*c*; moguntiam 3*e.* q) spacium 1. 3*c. e.* r) cottidie 1. 3*c.*

1) *De quibus omnes fere eorum temporum annales referunt, uberrime Regino, Ann. Xant., Hincm.; cf. Dümmler II, p. 369 sq.*

volatu horribile cernentibus praebuere[a] spectaculum. In Italia in pago Brixiensi[1] tribus diebus et tribus noctibus sanguis de caelo[b] pluisse narratur.

Iun. Mense Iunio[c] Hruodolfus[d] quidam Nordmannus[e] de regio genere, qui regnum Karoli praedis et incendiis saepenumero[f] vastaverat, classem duxit in regnum Hludowici[g] regis, in comitatum[h] videlicet Albdagi[i, 2], missisque nuntiis[k] praecepit[l] habitatores loci illius tributa sibi pendere. Qui cum respondissent se non debere tributa solvere nisi Hludowico[g] regi eiusque filiis et se nequaquam in hoc negotio[m] ei assensum esse praebituros[a], ille vehementer iratus iuravit prae[n] superbia se cunctis maribus occisis mulieres et parvulos cum omni substantia (eorum) [illorum][o] in captivitatem esse ducturum, ignarus vindictae, quae eum de caelo erat secutura. Statimque terram illorum ingres-*sus bellum adversus eos instauravit. Illi autem Dominum *p. 387. invocantes, qui eos saepius[p] (liberaverat) ab hostibus [liberaverat][q], hosti infestissimo armati occurrerunt, consertoque proelio[r] ipse Ruodolfus[s] cecidit primus et cum eo octingenti viri; ceteri vero, cum ad naves effugere non potuissent, in quodam aedificio[t] se tutati sunt. Quod Frisiones[u] obsidentes conferebant ad invicem, quid de eis facere debuissent; cumque diversi diversa dixissent, unus Nordmannus[v], qui christianus effectus longo tempore cum eisdem Frisionibus[u] conversatus est et eiusdem certaminis dux erat, ceteros hoc modo affatus est[w]: 'O boni commilitones[x], sufficit nobis[y] huc usque pugnasse, quia, quod modo nos pauci contra plurimos praevaluimus[z] hostes, non nostris deputandum est viribus, sed Dei gratiae. Scitis etiam, quod oppido lassi sumus et plurimi nostrum graviter vulnerati; isti autem, qui hic intus latitant, in desperatione[a] positi sunt. Si contra eos pugnare coeperimus[b], non eos sine cruenta obtinebimus[c] victoria; si autem illi fortiores extiterint, — varius enim eventus est proelii, — forsitan nobis expugnatis securi discedent[d] iterum nocituri. Consultius ergo mihi videtur[e], ut obsides ab eis accipiamus et

a) preb. 1. b) celo 1. c) iunii 2. d) ruodolfus 3*c. e*; hruodulfus 3*d. F.* e) nortm. 3*c.* f) sepen. 1. g) ludow. 3*e.* h) commitatum 2. i) a. regis 3*c. d. e. F*; abbdagi r. 3*d*; Abdagi r. *F.* k) nunciis 3*c. d. e.* l) prec. 1. m) negocio 1. n) pre 1. o) eorum 1; illorum 2. 3*c. d. e. F.* p) sepius 1. 3*d.* q) lib. ab host. 1; ab host. liberaverat 2; ab h. liberavit 3*c. d. e. F.* r) insertoque prelio 1. s) ruo *in rasura* 1; hrudolfus 2; hruodulfus 3*d.* t) ędifitio 1. u) frison. 1. v) nortmannus 3*c.* w) *deest* 1. *F.* x) comm. 2. y) vobis 3*c. d. e.* z) prev. 1. a) desperationem 3*c. d. e.* b) ceperimus 1. c) optinebimus 2. 3*d.* d) discedunt 3*c. d. e.* e) vid. mihi 3*c. d. e.*

1) *Brescia.* 2) *In pago Frisiae Ostergo situm; Dümmler II, p. 366.*

quosdam ex illis inlaesos[a] abire patiamur[b] ad naves et obsides interim retineamus, donec mittant universam pecuniam, quam in navibus retinent, prius tamen praestito[c] (iuramento) [sacramento][d], ne ultra in regnum Hludowici[e] regis redeant'. Huius itaque consilio ceteri[f] consenserunt et obsidibus acceptis quosdam ad naves ire permiserunt. Illi autem miserunt pecuniam multam valde et obsides, quos dederant, receperunt, prius tamen, ut dixi, praestito[c] sacramento, ne ultra in regnum Hludowici[e] regis redirent. Ac deinde cum magna confusione ac sui detrimento, etiam sine duce a finibus illis discesserunt.

Mense Novembrio[g] Agathon archiepiscopus, Basilii Nov.
Grecorum[h] imperatoris legatus, ad renovandam pristinam amicitiam cum epistolis et muneribus ad Hludowicum[e] regem Radesbonam[i] venit; quem rex honorifice suscepit et absolvit.

Thachulfus[k] comes et dux Sorabici[l] limitis mense
Augusto[1] (moritur) [defunctus est][m]. Aug.

874.

DCCCLXXIIII.[n] Hiems aspera nimis et solito prolixior; nix quoque inmensa a Kalendis Novembris usque in aequinoctium[o] vernale sine intermissione cadens[p] magnum hominibus fecit impedimentum silvas petere lignaque colligere. Unde accidit, ut non solum animalia, verum etiam homines plurimi frigore perirent. Sed et Rhenus[q] et Moenus glaciali[r] rigore constricti longo tempore se sub vestigiis incedentium calcabiles praebuerunt[s].

Sorabi[t] et Siusli[u] eorumque vicini Thachulfo[v] de- Ian.
functo defecerunt; quorum audaciam[w] Liutbertus[x] archiepiscopus et Ratolfus Thachulfi[v] successor ultra Salam fluvium mense Ianuario[y] profecti praedis[z] et incendiis sine bello compresserunt et eos sub pristinum redegerunt[a] servitium[b].

Eodem mense Hludowicus[c] iunior apud sanctos Mar- Ian.
cellinum et Petrum[2] cum quibusdam patris sui consiliariis

a) inlesos 1; illaesos 2. b) paciamur *3d. e.* c) prest. 1. d) iuram. 1; sacram. 2. *3c. d. e. F.* e) ludow. *3e.* f) cȩteri 2. g) novembre 2. h) grȩcorum 2. *3c. e. F.* i) radasbonam *3c. d. e. F.* k) Taculfus 1; tachulfus *3c*; Þachulfus *3d*; Zachulfus *3e*; Trachulfus *F.* l) sarabici 2. m) mor. 1; def. e. 2. *3c. d. e. F.* n) DCCCLXXIII. 2 *(cf. a. 868).* o) equin. 1. p) decidens 2. q) renus *3c.* r) glatiali 2. *3d.* s) preb. 1. t) soraphi *3d.* u) siusili 1. v) tachulf. 1. *3c. e*; thaculf. *3d. F.* w) audatiam 2. *3d.* x) lutbertus *3c*; lutpertus *3d. e.* y) ianuarii 2. z) predis 1. a) redigerunt 1. b) serv. red. *3c. d. e. F.* c) ludow. *3e.*

1) Kal. Sept. *Ann. necrol. Fuld., nisi numerus excidit.* 2) *Seligenstadt.*

secretum habuit colloquium, quod regem de Baioaria traxit
Febr. in Franciam. Venit enim circa Kalendas Februar.[1] ad
Franconofurt[a] ibique de concordia et statu regni[b] cum
fidelibus suis consiliatus est. Diebus autem quadragesimae,
cum negotiis secularium rerum depositis[c] orationi vacaret,
vidit quadam[d] nocte in somnis genitorem suum Hludowicum[e] imperatorem in angustiis constitutum, qui eum hoc
modo latino affatus est eloquio[f]: 'Adiuro te per dominum
nostrum Iesum Christum et per trinam maiestatem, ut me
eripias ab his tormentis, in quibus detineor, ut tandem
aliquando vitam possim habere aeternam'. Hac ergo visione
perterritus epistolas per cuncta regni sui monasteria destinavit, obnixe postulans, ut animae in tormentis positae
suis apud Dominum precibus intervenirent. Unde datur
intellegi[g], quod, quamvis memoratus imperator multa laudabilia et Deo placita fecis*set, plurima tamen legi Dei *p. 388.
contraria in regno suo fieri permisit. Si enim, ut cetera[h]
omittam, haeresi[i] Nicolaitarum viriliter restitisset et monita Gabrielis[k] archangeli, quae Einhartus[l] [abbas][m] duodecim capitulis comprehensa ei obtulit[n] legenda et facienda[2],
observare curasset, forsitan talia non pateretur. Sed quia
Deus, ut scriptum est, nullum peccatum impunitum di-
Rom. 1, 32. mittet[o] et iuxta apostolum *non solum, qui ea faciunt, sed
qui consentiunt facientibus, digni sunt morte,* merito poenas
luere iussus[p] est, qui, dum potuit, sibi commissorum errata
vel admonitus corrigere noluit.

Apr. Rex autem Hludowicus[e] in ebdomada paschali[3] Fuldense monasterium (causa orationis) petiit [causa orationis][q] et inde reversus generalem habuit conventum in
villa Tribure[r]. Inde in Italiam per Alpes Noricas transiens cum Hludowico[e] nepote suo et Iohanne Romano
pontifice haud[s] procul ab urbe Verona colloquium habuit.
Indeque rediens cum Karlmanno[t] et Hludowico[e] filiis suis
in villa Forahheim[u] locutus est ibique legatos Zuentibaldi
pacem petentes[v] et fidelitatem promittentes[w] suscepit.

a) franconofort 3*c*. b) regni sui 2. c) dispositis 3*c*. *d*. *e*. d) quada 1. e) ludow. 3*e*. f) sermone 3*c*. *d*. *e*. *F*. g) intelligi 2. h) cętera 2. 3*d*. *c*. i) heresi 1. 3*d*. k) gabrihelis 1. 3*c*. *e*. l) einhardus 3*c*. *d*. *F*. m) *deest* 1. n) optulit 2. o) demittet 1 *in rasura;* dimittit 3*c*. *d*. *e*. *F*. p) uisus 3*c*. *d*. *e*. *F*. q) c. o. p. 1; p. c. or. 2. 3*c*. *d*. *e*. *F*. r) tribuere 3*d*. s) haut 2. 3*e*. t) carlm. 2. u) foraheim 3*c*. *d*. *e*. *F*. v) petentes *corr*. petentis 1. w) promittentes *corr*. -tis 1.

1) *Exstant singula diplomata Febr.* 2. *Augsburgii et Febr.* 26. *Franconofurti data (Mühlbacher nr.* 1457 *et* 1458*); Dümmler II, p.* 272. 2) *A.* 828*; cf. Translat. Marc. et Petri III, c.* 13 *(SS. XV, p.* 252*).* 3) *Apr.* 11—18. 4) *Qui* 872. *Dec.* 14. *Hadriano successerat.*

Cuius legationis princeps erat Iohannes presbyter de Venetiis[a], qui etiam, ut ei rex omni ambiguitate remota crederet, quicquid verbis dicebat, sacramento firmabat, videlicet ut Zuentibald regi fidelis permaneret cunctis diebus vitae suae et censum a rege constitutum per annos singulos solveret, si ei tantummodo quiete agere et pacifice vivere[b] concederetur. Behemorum quoque nuntia rex audivit et absolvit et post haec in Baioariam se recepit.

Mense autem Iulio[c] de Baioaria[d] venit ad Francono- Iul.
furt[e] et inde post paululum transiens apud villam Biburg[1]
conscensis navibus ad Aquisgrani[f] palatium perrexit; ex-
actoque ibi tempore non modico tandem mense Decembre[g] Dec.
cum fratre suo Karolo habita collocutione apud sanctum
Lantbertum[2] rediit in Franciam venitque Mogontiacum
XIII. Kal. Ianuar. et inde ad Franconofurt[h] ibique nata- Dec. 20.
lem[i] Domini celebravit[k].

Hoc anno fame et pestilentia per universam Galliam et Germaniam grassantibus pene tercia pars humani generis consumpta est. Hemma quoque regina morbo paralisi correpta usum loquendi amisit.

875.

DCCCLXXV.[l] Rex Hludowicus[m] hiemavit in Fran-
conofurt et post pascha perrexit[n] in Baioariam invisere re- Apr.
ginam. Inde rediens circa Kalendas Iunii[3] venit ad Tri- (Mai.).
bure[o] ibique generale placitum habuit. Tunc inter Francos et Saxones seditio[p] non modica exorta est, et nisi Hludowicus[m] iunior citius[q] cum suis intervenisset, iam districtis gladiis mutua se caede[r] truncassent.

Stella cometes VIII. Id. Iunii in aquilonali parte Iun. 6.
prima hora noctis apparuit plus solito scintillans comasque spargens, rem stupendam, immo lugendam, quae cito secuta est, sua apparitione[s] praemonstrans[t], quamvis adhuc peccatis nostris exigentibus graviora significare timeatur[4].

a) ueneciis 1. 3*c*; Venetus 3*d*. b) qu. et pac. a rege viv. 3*c*. *d*. *e*. *F*. c) iunio 3*c*. d) se — Baioaria *des*. 3*d*. e) franconofort, unde post 3*c*. f) Aquasgrani 3*d*. *F*. g) decembri 3*d*. *e*. *F*. h) franconofort 3*c*. i) natale 1. 3*d*. k) celebr. 2. 3*e*. l) *deest* 2, *add. a Lambecio*. m) ludow. 3*e*. n) perexit 1. o) trubure 1; tribuere 3*d*. p) sedicio 2. 3*c*. *d*. q) cicius 2. r) cede 1. s) apparicione 2. t) prem. 1.

1) *Biberich infra Maguntiam. P.* 2) *Leodii; at Hincmarus id* secus Mosam apud Heristallium *factum esse dicit.* 3) Mense Maio *Hincm.* 4) *Haec igitur ante compertam Ludowici imperatoris mortem conscripta esse apparet.*

Nam villa quaedam in pago Nitense[1] nomine Asgabrunno[a,2] a fluminibus et torrentibus longe remota subitanea imbrium inundatione pene deleta est, et octuaginta octo homines utriusque sexus in ea deleti. Dum enim homines eiusdem
Iul. 3. loci V. Non. Iul. dormitum issent nihil[b] mali suspicantes, tanta pluvia uno momento caelitus lapsa est, ut omnes arbores et vineas, quas tangebat in eadem villa, radicitus exstirparet, aedificia funditus everteret, iumenta et animalia cum omnibus, quae in domibus erant, perditioni[c] traderet. Aecclesia quoque eiusdem villae cum suo altari ita deleta est, ut modo cernentibus nullum suae constructionis praebeat[d] indicium. Erat autem ibi videre misera; nam cum feminae liberis et viri coniugibus manum porrigentes subvenire niterentur, impetu aquarum rapti una cum eis, quibus auxilio esse volebant, extincti *sunt. Sed et cadavera *p. 389.
longo tempore tumulata vi aquarum de sepulchris[e] soluta cum vasculis, quibus inerant, in terminis alterius villae reperta sunt.

Aug. Mense Augusto[f] rex Hludowicus[g] cum filiis et fidelibus suis colloquium habuit in villa Tribure*. Interea
(Aug. 12). Hludowicus[h] Italiae imperator[3] . . . . .[i,**], cuius corpus translatum Mediolani in basilica sancti Ambrosii sepultum est. Quod cum Karolus Galliae tyrannus[k] comperisset,
(Sept.). ilico regnum Italiae invasit et omnes thesauros, quos invenire potuit, unca manu collegit[4]. Unde Hludowicus[g]
(Nov.). rex iratus Karlmannum[l,5] cum exercitu per Baioariam destinavit in Italiam; ipse vero iuncto sibi aequivoco[m] suo cum manu valida regnum Karoli ingressus est, ut eum de Italia exire compelleret. Exercitus autem, qui regem se-

*) HIC MULTUM DEEST *addit codex 3c, in quo ea, quae sequitur, linea vacua mansit.*
**) locus et dies querendi *addunt 3c. d. e*; moritur *manu recentiore additur in cod.* 2.

a) ascabrunno 2. b) nichil 2. 3*d. e.* c) perdicioni 2. 3*c.* d) prebeat 1. e) sepulcris 1. 3*d.* f) augusti 3*e.* g) ludow. 3*e.* h) hludov. 3*d*; ludow. 3*e.* i) imp. cuius 1. 2; imp. l. et d. qu. cuius 3*c. d. e.* k) tirannus 2. l) Carlm. 2. m) equivoco 1.

1) *A fluvio Nied, Nidda, nomen sortitus, in quo e. g. Francofurtum. P.* 2) *Eschborn prope Rödelheim, haud longe a Francofurto. Ita chronicon Gottwicense, quod hac in re libenter sequor. P.* 3) *Hic auctor, cum uberiorem nuntium exspectaret, aliquid spatii vacuum videtur reliquisse, quod postea non explevit. Ludowicus mortuus est Aug.* 12; *cf. Dümmler II, p.* 386 *sqq.* 4) *Quem ut arceret, Karolus Ludowici filius missus est, sed nihil profecit.* 5) *Quem Ludowicus imperator cum consensu coniugis Engelbergae successorem elegisse traditur.*

quebatur, versus ad praedam[a] cuncta, quae invenit, diripuit atque vastavit. Karolus vero audito Karlmanni[b] adventu in Italiam primo clusis[c] Alpium se defendere nititur, sed nihil[d] proficit[e]; Karlmannus[f] enim loca accessu difficilia cum suis praeoccupavit[g]. Ille autem, dum negotium[h] ferro decernendum timuisset, — est enim lepore timidior, — ad calliditatem solitam convertitur; nam aurum et argentum gemmasque preciosas[i] infinitae multitudinis Karlmanno[f] obtulit[k], ut eum sibi placare et a paterna fidelitate segregare potuisset, iuravitque se de Italia cito exiturum et Hludowici[l] fratris sui iudicio[m] illud regnum disponendum reservaturum[n], si Karlmannus[f] inde discederet. Quo inde discedente et promissionibus eius[o] credente ille, quaecumque pollicitus est, mentitur et, quanta potuit velocitate, Romam profectus est; omnemque senatum populi Romani pecunia more Iugurthino[p] corrupit sibique sociavit; ita ut etiam Iohannes papa votis eius annuens (Dec. 25). corona capiti eius inposita eum imperatorem et augustum appellare praecepisset[q]. Qualiter autem regnum illud postea cum suis disposuerit qualiterve cum[r] thesauris, quos tulerat, in regnum suum redierit quantasque caedes[s] et incendia in itinere exercuerit, quia certum (latorem) non habui [latorem][t], scribere nolui. Melius est enim tacere quam falsa loqui.

876.

DCCCLXXVI.[u] Hludowicus[v] rex misericordia motus multorumque precibus exoratus, ne Galliae regionem propter Karoli sulticiam perderet, (mense Ianuario) in regnum suum Ian. [mense Ianuario][w] rediit. Venitque Mogontiacum[x] post epiphaniam[y] et inde ad Franconofurt ibique cum suis sequenti mense colloquium habuit; similiter mediante Febr. quadragesima fecit. c. 25. Mart.

Hemma regina apud Radesbonam[z] Baioariae civitatem obiit[1] sepultaque est in aecclesia[a] sancti Emmerammi[b] martyris. (Ian. 31).

a) predam 1. b) carlm. *3d. e.* c) clausis *3c. e. F.* d) nihi 1; nichil 2. *3d. e.* e) profecit 1. f) carlm. *3d. e. F.* g) preocc. 1. h) negocium *3c. d.* i) praec. 2. *3c.* k) optulit 1. 2. l) ludow. *3e.* m) iuditio 1. n) servaturum *3c. d. e. F.* o) illius 2. p) iugurtiñǒ 2. *3c.* q) prec. 1. r) *deest* 1. s) cedes 1. t) lat. non hab. 1; non hab. lat. 2. *3c. d. e. F.* u) DCCCLXXIIII. 2 *(cf. a. 868).* v) Ludow. *3e.* w) m. ian. in r. s. 1; in r. s. m. ian. 2. *3c. d. e. F.* x) mogonciacum 1. *3c*; Magontiacum *3d. F*; mogunt. *3e.* y) epyphaniam 1. z) radisbonam *3c*; radasb. *3d. e. F.* a) ęc̄la 1. b) emmeramni *3e.*

1) *Ian.* 31; *Dümmler II, p.* 425.

Frisiones[a], qui vocantur occidentales, cum Nordmannis[b] dimicantes victores extiterunt omnesque thesauros, quos Nordmanni[b] plurima loca spoliando congregaverant, abstulerunt atque inter se diviserunt.

Karolus rex de Italia in Galliam rediens novos et insolitos habitus assumpsisse perhibetur; nam talari dalmatica indutus et baltheo desuper accinctus pendente usque ad pedes necnon capite involuto serico velamine ac diademate desuper inposito dominicis festisque[c] diebus ad aecclesiam procedere solebat. Omnem enim consuetudinem regum Francorum contemnens[d] Grecas[e] glorias optimas arbitrabatur et, ut maiorem suae mentis elationem ostenderet, ablato regis nomine se imperatorem et augustum omnium regum cis mare consistentium appellare praecepit[f]. Plurima etiam incredibilia se contra Hludowicum[g] regem et regnum illius facturum esse minatus est; denique[h] inter cetera iactantiae suae verba dixisse fertur se tantam multitudinem de diversis locis congregaturum, ut Rheno[i] flumine ab equis illorum exhausto ipse per aridum alveum eiusdem fluminis esset transiturus totumque Hludowici[k] regnum vastaturus. Cuius minae facillime sedatae sunt; nam Hludowico[g] exercitum suum congregante ille timore perterritus legatos misit pacemque[l] petiit. Cumque nuntii[m] ex utraque parte saepius[n] directi eos pacificare studuissent, Hludowicus[g] aegrotare[o] coepit et crescente cotidie[p] infirmitate
Aug. 28. V. Kal. Septembr. in palatio Franconofurt diem ultimum clausit; cuius[q] corpus transtulit aequivocus illius et in monasterio sancti Nazarii, quod dicitur Lauresham, honorifice sepelivit.

(Sept.). *Karolus vero Hludowici[g] morte comperta[r.1] regnum *p. 390.
illius cupiditate ductus invasit et suae ditioni subiugare studuit, existimans se, ut fama vulgabat, non solum partem regni Hlotharii[s], quam Hludowicus[g] tenuit et filiis suis utendam dereliquit, per tyrannidem[t] posse obtinere[u], verum etiam cunctas civitates regni Hludowici[g] in occidentali litore Rheni[v] fluminis positas suo regno addere, id est

a) frisiones *corr.* frisones 1; frisones 3*c*. b) nortm. 3*c*. c) et festis 3*c*. *d*. *e*. *F*. d) contempnens 3*c*. *e*. e) gręcas 2. 3*c*. *e*. *F*. f) prec. 1. g) ludow. 3*e*. h) vel den. 2. i) reno 3*e*. k) ludow. 3*c*. *e*. l) pacem petiit 3*c*. *d*. m) nuncii 1. n) sepius 1. 3*d*. o) egrotare cepit 1. p) cottidie 1. 3*c*. *e*; quotidie *F*. q) cuius — sepelivit *des*. 3*c*. *d*. *e*. r) reperta 3*c*. *d*. *e*. s) hlutharii 3*c*. *d*. *F*; luth. 3*e*. t) tirann. 2. 3*d*. *e*. u) optinere 3*d*. *e*. v) hreni 1.

1) *Carisiaci, unde etiam Sept.* 4. *diploma datum est (Böhmer nr.* 1802*); Dümmler II, p.* 411.

Mogontiam[a], Wormatiam et Nemetum*, filiosque[b] fratris per potentiam opprimere, ita ut nullus ei resistere vel contradicere auderet. Primum igitur Aquense palatium petiit et inde cum omni exercitu suo profectus in Colonia Agripinensi[c] consedit[d], missis etiam prius legatis ad optimates Hludowici[e], ut proprium dominum desererent et ad se venirent, venientibus quidem plurima beneficia ac dona promittens, aliter vero facientibus rerum secularium[f] privationem vel exterminium minitans.

Cui Hludowicus[e], qui patri in illis locis haeres successit[g, 1], cum paucis occurrit et in aquilonali ripa Rheni[h] fluminis[2] castra sua posuit[i] suorum operiens[k] adventum. Misitque[l] interea nuntios ad Karolum dicens: 'Cur ascendisti ad bellandum contra me? quandoquidem nec exteris gentibus bellum est [antiquo populo penitus][m] inferre prae- Deuter. 20, 10—21.
ceptum[n], nisi pacem oblatam respuerint. Revertere, quaeso[o], pacifice in regnum tuum et esto contentus gloriae tuae et noli regnum nobis a genitore nostro iure haereditario[p] derelictum more tyrannico invadere et iura propinquitatis, quae inter nos naturaliter existunt, huiuscemodi factionibus violare. Memento etiam sacramentorum [tuorum][q], quae patri meo non semel neque bis praestitisti[r]; simulque considera periculum christianae plebis[s], si in hac pertinacia[t] inrevocabiliter persistere volueris. Esto, forsitan confidis in multitudine exercitus tui, quem de diversis locis conduxisti, et ideo te[u] bella movere delectat. Quare ergo non cogitas, quia *apud Deum impossibile non est liberare in* 1. Macc. 3, 18.
multis et in paucis? Refrena igitur animum tuum ab huiuscemodi appetitu, quoniam ea, quae te peragere arbitraris, qualem exitum habeant, penitus ignoras'.

Sed cum ille his et aliis similibus rationabiliter conventus (assensum stimulante avaritia) nullo modo [assensum] praebere[v] [stimulante avaritia][w] voluisset, Hludowicus[e]

*) . i . Spiram *supra lineam add.* 3e.

a) Magontiam 3*d*; moguntiam 3*e*. b) filiosquę 2. c) agryppinensi 3*c*; agripiensi 3*d*. d) concedit 3*d*. *F*. e) ludow. 3*e*. f) sęc. 1. g) successerat 3*c*. *d*. *e*. *F*. h) hreni 1; reni 3*c*. *d*. *e*. i) *ab hoc verbo alterum fragmentorum Bernensium (3b) folium incipit.* k) opperiens 2. 3*d*. *e*. l) Misit 3*b*. *c*. *d*. *e*. m) a. p. p. *des.* 1. n) prec. 1. o) queso 1. 3*b*. p) hered. 2. 3*b*. *c*. *d*. *e*. q) *deest* 1. r) prest. 1. 3*b*. s) *post hoc vocabulum una linea et dimidia in fine paginae vacuae relictae sunt* 1. t) pertinatia 2. 3*b*. *c*. *d*. *e*. u) te bella *des.* 3*b*; bella te mov. 3*c*. *d*. *e*; b. mov. te *F*. v) preb. 1. 3*b*. w) ass. st. av. n. m. pr. 1; n. m. ass. pr. st. av. 2; n. m. ass. pr. voluisset stim. av. 3*b*. *c*. *d*. *e*. *F*; avaricia 3*b*. *c*. *d*. *e*.

1) *Carlomannum tum Italiae fines intravisse, Carolum vero fratrem eius in Alamannia moratum esse Regino a.* 876. *tradit.* 2) E regione Coloniae *Regino.*

quadam nocte se subtraxit de castris et Rheno[a] flumine transito in castello Anternaco[1] cum suis consedit. Dispersusque est per diversa loca omnis pene exercitus illius ad colligenda equorum pabula; ille vero iterum nuntios[b] ad Karolum destinavit pro pace inter eos componenda. At
(Oct. 7). Karolus pacem simulans et fraudem in corde meditans se paci consensurum pro[c] communi utilitate et legatos ad Hludowicum[d] missurum subdola falsitate promisit. In eadem enim nocte[2] cum omni exercitu suo properavit, ut Hludowicum[e] ceteris extinctis comprehenderet ac sedes luminum illius evacuaret, postea regnum eius[f] quasi nullo resistente possessurus. Willibertus[g] autem Coloniae Agrippinae[h] civitatis episcopus Karoli fraudulenta consilia intellegens ceteris[i] trepidantibus eum constanter adiit, obnixe postulans, ne ita ferociter ac barbare faceret erga nepotem ea, quae pacis sunt, sectantem; sed cum eum a prava voluntate revocare non potuisset, quendam presbyterum suum nomine Hartwigum per compendiorem viam destinavit et Hludowico[e] praeparatas insidias et ipsius Karoli (adventum) insinuavit [adventum][k].

Oct. 8. Qui statim lorica indutus et totam fiduciam suam in Domino ponens cum paucis, qui secum erant, — dispersos enim congregare non poterat, — Karolo viriliter occurrit iussitque omnes ex sua parte candidis uti vestibus pro signo cognoscendae societatis. Saxones autem, qui in prima fronte contra hostes positi erant, primum iniere certamen, sed multitudine adversariorum territi parumper terga verterunt. Franci autem orientales ex utraque parte fortiter [re]pugnantes[l] ac signiferis Karoli occisis[3] ceteros[m] fugere compulerunt. Quos Hludowicus[e] persecutus strages non paucas dabat; plurimos etiam ex optimatibus Karoli vivos conprehendit, quos propter suam humanitatem (servare) [servari][n] iussit incolumes[o]. Karolus vero turpiter fugiens relictisque[p] thesauris, quos secum habebat, cum paucis pene nudus evasit. Hi autem, qui cum Hludowico[e]

a) reno *3b. c. d. e.* b) nuncios *3b. d.* c) et leg. — missurum pro c. util. *3b. c. d. e. F.* d) Ludow. *3d*; lowicum *3e.* e) ludow. *3e.* f) illius *3b. c. d. e. F.* g) Uuilibertus *3e.* h) agripinae 2. i) cęteris 2. *3e. F.* k) adv. ins. 1; ins. adv. 2. *3b. c. d. e. F.* l) pugn. 1. m) caeteros 1. *F.* n) servare 1; servari 2. *3b. c. d. e. F.* o) incolomes 1. p) relictis *3b. c. d. e. F.*

1) *Andernach.* 2) Nonas Octobris *Hincmarus.* 3) *Regino:* Reginarius comes, qui regium vexillum ferebat, primo impetu extinguitur; *Hincmar.:* fuerunt autem in ipsa congressione occisi Raganarius et Hieronymus comites; *cf. Dümmler III, p.* 36.

erant, reversi ad caesorum spolia detrahenda, quantas ibidem praedas in auro et argento et vestibus et armis et
391. loricis et equis variaque suppelle*ctile[a] tulissent, nullus valet edicere. In hoc certamine contra Karolum procul dubio caelitus[b] dimicatum est; nam sicut captivi[c] inde abducti narrare solebant, apparente Hludowico[d] et his, qui cum eo erant, tantus timor omnem Karoli exercitum invasit, ut prius se victos putarent, quam ad pugnam venirent; et, quod maioris est admirationis[e], equorum latera, quibus insidebant, calcaribus tundebant et cruentabant, sed illi quasi ad stipitem ligati immobiles permanebant. Armis quoque suis pugnabant, sed paucos vulnerabant; acies enim armorum, quasi retunsae essent, neminem (laedebant)[f] penitus [laedebant][g]. Haec in VIII. Id. Octobr. Oct. 8.
contra novellum Sennacerib[h] gesta sunt, ut, qui prius 2. Reg. 19.
propter mentis elationem Deum cognoscere noluit, modo victus et confusus intellegat, quia non in multitudine exercitus victoria belli, sed de caelo[i] fortitudo est, et aliquando avariciae et superbiae suae modum inponat.

Hludowicus[d] post fugam Karoli[k] ad palatium[l] Aquisgrani perrexit et dispositis, prout voluit, his, quae[m] ad se pertinere videbantur, cum triumpho rediit[n] ad Franconofurt.

Sequenti autem mense Karlmannus[o] et Hludowicus[d] Nov.
atque Karolus Hludowici[d] regis filii in pago Retiense[p. 1] convenientes paternum inter[q] se regnum diviserunt et sibi invicem fidelitatem servaturos esse sacramento firmaverunt. Cuius sacramenti textus theutonica[r. 2] lingua conscriptus[s] in nonnullis locis habetur.

877.

DCCCLXXVII.[t] Hludowicus[u] rex mense Ianuario[v] Ian.
generali conventu (apud Franconofurt) habito [apud Franconofurt][w], quos de regno Karoli tenuit captivos, remisit in Galliam.

Sclavi, qui vocantur Linones, et Siusli eorumque vicini defectionem molientes solitum dare censum rennuunt. Quos

a) supellectile *corr.* -li 1. b) celitus 2. 3c. c) *hic desinit* 3b. d) ludow. 3e. e) ammir. 3c. d. e. f) ledebant 1. g) l. p. 1; p. l. 2. 3c. d. e. F. h) sennacherib 3c. d. e. F. i) celo 1. k) Karori 3d. l) palacium 1. 3d. m) qui 2. n) ad fr. red. 3c. d. e. F. o) carlm. 2. p) reciensi 3c. d. e. q) in 2. r) theuthonica 2. s) consriptus 1. t) DCCCLXXV. 2 (*cf. a.* 868). u) Ludow. 3e. v) ianuarii 3e. w) a. fr. hab. 1; h. a. fr. 2. 3c. d. e. F; franconofort 3c.

1) *Riess; cf. Dümmler III, p.* 60 *sq.* 2) *Si iuramentum Argentoratense excipias, hoc diploma omnium lingua nostra conscriptorum antiquissimum extitisse videtur. P.*

Hludowicus[a] rex missis quibusdam fidelibus suis circa me-
Mart. diam quadragesimam sine bello compressit; acceptisque
obsidibus nonnullis et muneribus non paucis eos sub pri-
stinum redegit servitium.

(Aug.). Karolus Galliae tyrannus aestivo tempore[1] cum ex-
(Sept.). ercitu Italiam petiit[b] et Ticini[c] residens magnopere nisus
est, qualiter Carlmanno illuc[d] adventanti aditum in illam
denegaret provinciam[e]. Carlmannus[f] vero cum manu
valida Noricorum diversorumque Sclavorum Italiam ingre-
ditur contra Karolum dimicare volens. Quod cum Karolus
comperisset, ilico iuxta consuetudinem suam fugam iniit;
omnibus enim diebus vitae suae, ubicumque necesse erat
adversariis resistere, aut palam terga vertere aut clam militi-
bus suis effugere solebat; et in eodem itinere dissinteriae
(Oct. 6). morbo correptus cum magna periit tristitia[g]. Cuius corpus
cum sui satellites ad sepulturam, quam ipse sibi apud sanc-
tum Dionisium[h] paraverat, transferre voluissent, propter
foetorem[i] nimium putridi cadaveris, quo gravabatur exer-
citus, in Burgundia in quodam monasterio[2] sepelierunt.
(Nov.). Carlmannus[k] optimates Italiae ad se venientes suscepit et
disposita, prout voluit, regione[3] reversus est in Baioariam.

Hludowicus[l] rex partem regni Hlotharii[m] cum fratri-
bus Carlmanno[n] et Karolo[o] aequa lance dividit[4]. Hludo-
wicus[l] Karoli[o] regis filius timore perterritus propter in-
iurias a patre suo regi illatas[p] legatos ad eum dirigit,
pacem postulat et se de omnibus, quae genitor suus contra
eum gesserat, excusare nititur; cuius (rex audivit) legatos
[rex audivit][q] et absolvit. Post haec Aquense palatium
Dec. 25. petiit ibique natale Domini celebravit.

In hoc anno febris Italica dolorque oculorum Ger-
manicum populum graviter vexavit, maxime[r] circa Rhenum[s]
habitantes; pestilentia quoque ingens secuta est exercitum
Carlmanni[f] de Italia redeuntem, ita ut plurimi tussiendo
spiritum exalarent.

a) ludow. *3c. e.* b) peciit *3c. e.* c) Cinici *3d.* d) illud 2. e) provintiam 2. f) Karlm. *3c.* g) tristicia 2. *3c. d. e.* h) dyonisium *3c.* i) fetorem 2. *3c.* k) karlm. *3c. e*; kalm. *3d.* l) ludow. *3e.* m) hluth. *3c. d. F.*; luth. *3e.* n) karlm. *3c. d. F.*; karlom. *3e.* o) car. 2. *3e.* p) inlatas 1. q) r. a. l. 1; l. r. a. 2. *3c. d. e. F.* r) maximę 2. s) renum 1.

1) *De ea expeditione et Karoli morte Dümmler III, p.* 47. 51—54. 2) *Nantua in diocesi Lugdunensi.* 3) *A medio mense Septembri usque in medium Octobrem Papiae moratus est; Novembri morbo illo, de quo infra mentio est, ipse quoque correptus rediit; Dümmler III, p.* 66 *sq.* 4) *Absente Carlmanno Ludowicus tamen idcirco hanc terram divisisse videtur, ut ipse etiam Italiae ab illo occupatae partem acciperet; Dümmler III, p.* 67.

878.

DCCCLXXVIII.[a] Mense Ianuario rex de Aquis[b] Ian.
transiens venit ad Franconofurt et ibi sequenti mense cum Febr.
suis colloquium habuit. Carlmannus[c] partem regni Hlot-
harii[d], quam priore[e] anno a fratribus sibi retinendam ac-
p. 392. ceperat, Hludowico[f] reddidit[g, 1]. Hludowicus[h] rex a *diebus
quadragesimae usque ad mensem Maium moratus est in
villa regia, quae vocatur Salz[i], et inde transiens apud Mai.
Franconofurt generalem habuit conventum; missisque nun-
tiis[k] ad fratrem suum Karolum partem regni Hlotharii[l],
quam a Carlmanno[m] acceperat, cum eo dividit.

Lantbertus[2] Witonis filius et Adalbertus[n, 3] Bonifacii[o]
filius Romam cum manu valida ingressi sunt et Iohanne (Mart.).
Romano pontifice sub custodia retento optimates Romano-
rum fidelitatem Carlmanno[p] [sacramento] firmare (iura-
mento)[q] coegerunt. Quibus inde discedentibus idem ponti-
fex domum sancti Petri ingressus omnes thesauros, quos (Apr.).
ibi repperit, ad Lateranis[r] transtulit et altare sancti Petri
cilicio cooperuit et cuncta hostia[s] eiusdem aecclesiae clausit
nullumque ibi officium ad Dei cultum pertinens per plures
dies caelebratum[t] est; et, quod dictu nefas est, omnibus
(undique)[u] illuc causa orationis venientibus negabatur introi-
tus erantque ibi omnia confusa. Memoratus autem ponti- (Mai.).
fex conscensis navibus per mare Tyrrenum[v] regnum Karoli
introivit ibique per totum pene[w] moratus est annum[4].
Tandem assumpto Buosone[x] comite, qui propria uxore
veneno extincta filiam Hludowici[f] imperatoris[5] de Italia
per vim (rapuit) [rapuerat][y], cum magna ambitione in Ita- (Nov.).
liam rediit et cum eo machinari studuit, quomodo regnum

a) DCCCLXXVI. 2 *(cf. a. 868)*. b) aquisgrani 3*c*. c) karlm. 3*c. d. e. F.* d) hluth. 1. 3*c. d. F.*; luth. 3*e*. e) priori 3*c. d. e. F.* f) hludouui 1; ludow. 3*e*. g) tradidit 3*c. d. e.* h) ludow. 3*e*. i) salc 3*c*. k) nunciis 1. 3*c. e.* l) hlutharii 3*c. d. e. F.* m) karlm. 3*c. e*; Kalm. 3*d*. n) albertus 3*d*. o) Bonif. *corr.* Bonef. 3*d*. p) karlm. 3*c. d*; karlom. 3*e*. q) firm. iuram. 1; sacram. firm. 2. 3*c. d. e. F.* r) lataranis 1; lateranas 2; latranis 3*e*. s) ostia 3*c. d. e. F.* t) celebr. 3*c. F.* u) *deest* 1. v) tirrenum 2. w) pęne 1. x) bosone 3*c. d. e. F.* y) rapuit 1; rapuerat 2. 3*c. d. e. F.*

1) *Nimirum ut Italiam solus retineret.* 2) *Dux Spoleti c.* 858—871 *et* 875—879; *Dümmler III, p.* 19. 73—75. 3) *Marchio Tusciae, abavus comitum Estensium; Dümmler III, p.* 16. 4) *Roma mense Februario aut Martio a Lantberto et Adalberto occupata Iohannes, quem illi per triginta dies obsederant, mense Maio in regnum occidentale profectus est; ubi cum ad synodum Trecensem mensibus Augusto et Septembri habitam reges et episcopos regnorum orientalium arcessere frustra contendisset, assentiente Ludowico Balbo cum Bosone comite Viennensi coniunctus Novembri in Italiam revenit, cuius dominatum a Carlmanno ad Bosonem deferre nequiquam studuit. Dümmler III, p.* 73—91. 5) *Ermingardam.*

Italicum de potestate Carlmanni[a] auferret et ei tuendum committere potuisset.

Oct. Rex Hludowicus[b] ad Aquas[c] in mense Octobre perrexit et cum aequivoco[d] suo, Karoli[e] regis filio, haud[f] (Nov. 1). procul inde colloquium habuit[1].

Oct. 15. Eclipsis lunae facta est in Idibus eiusdem mensis, Oct. 29. ultima hora noctis; sol quoque in IIII. Kal. Novembris post horam nonam ita obscuratus est per dimidiam horam, ut stellae in caelo[g] apparerent et omnes[h] sibi noctem imminere putarent. Boum pestilentia in[i] Germania immanissime[k] grassata est, maxime circa Rhenum; quam cladem non mediocris hominum mortalitas secuta est. Villa quaedam[l] in Wormacense haud[f] procul a palatio Ingalenheim sita est, nomine Walahesheim[m, 2], ubi res miranda contigit: nam dum animalia mortua cotidie[n] de domibus traherentur in agros, canes, qui in eadem villa erant, iuxta morem suum eadem cadavera laniando[o] comedebant; quadam vero die pene universi in unum locum congregati inde discesserunt, ita ut nullus eorum postea neque vivens neque mortuus inveniri potuisset.

879.

DCCCLXXVIIII.[p] Hludowicus[q] rex natale Domini caelebravit[r] in Forahheim[s]; inde in[t] Baioariam profectus est invisere Carlmannum[u], qui gravi detinebatur infirmitate; nam paralisi[v] morbo correptus usum loquendi amisit. Ibique optimates eiusdem regionis ad se venientes suscepit, ea videlicet ratione, ut post obitum Carlmanni[u] nullum alium super se regem susciperent vel regnare consentirent; Apr. 12. inde transiens pascha caelebravit[w] in Franconofurt[x].

Apr. 11 (10). Hludowicus[y] Karoli[z] regis filius III. Idus Aprilis[3] apud Compendium obiit palatium ibique sepultus est. Quod cum rex comperisset, cum magno exercitu in Galliam per-

a) Karlm. *3c. d*; carlmani *3e*. b) ludow. *3e*. c) Aquas *corr*. Aquis *3d*. d) equivoco 1. e) Karolo 2. f) haut 2. *3e*. g) celo 1. h) et pene omnes 2. i) imm. in germ. 2. k) inman. 1. l) quedam 1. m) walaheim *3e*. n) cottidie 1. *3c. e*; quotidie *F*. o) laniendo 2. p) DCCCLVII. *(sic)* 2 *(cf. a.* 868*)*. q) Ludow. *3e*. r) celebr. 1. *3c. d. F*. s) foraheheim *3c*. t) *deest* 1. u) karlm. *3c. d*. v) paralysi *3c. F*. w) celebr. 1. *3c. F*. x) francofurt 1; Franconefurt *3c*. y) Ludow. *3d. e. F*. z) caroli *3e. F*.

1) Furonis *(Fouron) inter Aquas et Leodium Nov.* 1; *Dümmler III, p.* 93. 2) *Hunc locum usque in saec. XIII. Walsheim dici, nunc autem aut interiisse aut vicum Heidenfahrt prope Heidesheim inter urbes Mainz et Bingen situm esse Falk, 'Neues Archiv' VI, p.* 198 *exponit.* 3) IIII. Idus Aprilis *Hincmar.*

rexit venitque usque Viridunum. Exercitus autem, qui (regem) [eum][a] sequebatur, quoniam a civibus illis sibi victui necessaria iusto precio emere non potuisset, versus est ad praedam et pene universam depopulatus est civitatem. Rex vero missis quibusdam fidelibus suis ultra Masam[b] fluvium ad optimates regionis illius[1] reversus est in Franciam venitque Mogontiacum[c] et inde ad Franconofurt[d]; ibique Erambertum[e] comitem[2] de Baioaria[f] aliosque nonnullos ad se venientes suscepit, quos Arnolt[g] propter quandam dissensionem inter Carlmannum[h] patrem suum et eos factam publicis privavit honoribus et de regno expulit. Horum causa rex in Baioariam profectus dissidentes aliquo modo ad concordiam revocavit et eis pristinam re-
p. 393. stituit dignitatem; *quod quorundam offendit animos, quasi rex iuramenti sui[3] praevaricator existeret. Quod aliter intellegunt[i], qui eiusdem iuramenti sunt conscii: nam Carlmannus[h], qui prior[k] natu erat, primus inter fratres[l] se iuramento constrinxit et omnia, quae in illo continentur sacramento, se servaturum esse promisit; deinde Hludowicus[m] eodem tenore iuravit, ea tamen ratione, ut, si Carlmannus[h] ea, quae promisit, inviolata servaret, ipse eadem ex sua parte rata custodiret. Sed quoniam Carlmannus[h] in divisione regni Longobardorum[n] iuramentum suum irritum duxit, Hludowicum[m] procul dubio a suo iuramento reddidit immunem[o]; et idcirco crimine periurii non tenetur obnoxius. Carlmannus[h] autem tandem Hludowicum[m] ad se accersivit et, quoniam loqui non poterat, ei se ipsum et uxorem et filium universumque regnum scripto commendavit; cui rex episcopatus et abbatias et comitatus ad servitium[p] delegavit et disposita, prout voluit, regione rediit in Franciam[q].

Interea Hugo Hlotharii[r] ex Waldrata[s] filius tyrannidem[t] in Gallia[u] exercebat, contra quem rex quosdam fideles suos destinavit, ut eum inde expellerent. Qui venientes nonnullos ex hominibus illius in quodam castello iuxta Viridunum obsederunt et castello potiti alios quidem occi-

a) regem 1; eum 2. 3*c. d. e. F.* b) mosam 3*c. d. e. F.* c) mogunciacum 3*c*; moguut. 3*e.* d) francofurt 2. e) erembertum 2. f) de baioariam 2. g) arnolf 2. h) Karlm. 3*c. d.* i) intelligunt 3*c. F.* k) maior 2. l) fr. suos 2. m) ludow. 3*e.* n) langob. 3*c. e.* o) inm. 2. p) servicium 3*d. e.* q) frantiam 2. r) hlutharii 2. 3*c. F*; hlutarii 3*d*; lutharii 3*e.* s) uualdrada 2. 3*c. e. F.* t) tirann. 1. u) iu Galliam 3*c.*

1) *Fortasse ut regni Lotharii partem, quae ad regnum occidentale spectabat, tum Ludowico concessam acciperent; Dümmler III, p.* 118 sq. 2) *Pagi Isangau.* 3) *A.* 876. *in pago Retiensi praestiti.*

derunt, alios vero in exilium miserunt, alios[a] etiam capillis et cute detracta cum magna confusione inde expulerunt et castellum destruxerunt.

880.

DCCCLXXX.[b] Hiems[c] aspera et solito prolixior; nam Rhenus[d] et Moenus fluvii glaciali rigore constricti longo tempore se calcabiles praebuerunt.

Rex Hludowicus[e] natale Domini caelebravit[f] in Franconofurt; postea in Galliam profectus[1] filios Hludowici[e]
(Febr.). ad se venientes suscepit totumque regnum Hlotharii[g] suae ditioni[h] subiugavit. Inde ad[i] expugnandos Nordmannos[k], qui in Scalta[2] fluvio longo tempore residebant[l], convertit exercitum initoque certamine plus quam quinque milia ex eis prostravit; in quo proelio[m] Hugo filius regis occubuit.
(Febr. 2). In Saxonia cum Nordmannis[n] infeliciter dimicatum est[3]; nam Nordmanni[n] superiores existentes[o] duos episcopos, quorum ista sunt nomina: Thiotrih[p, 4] et Marcwart[q, 5], et duodecim comites his nominibus appellatos: Brun ducem et fratrem reginae[6], Wigmannum[r], Bardonem, alterum Bardonem et tertium[s] Bardonem, Thiotherium[t], Gerrichum[u], Liutolfum[v], Folcwartum[w], Avan, Thiotricum[x], Liutharium[y], cum omnibus, qui eos sequebantur, occiderunt. Praeterea[z] XVIII satellites regios cum suis hominibus prostraverunt, quorum[a] ista sunt nomina: Aderam, Alfwini, Addasta, Aida, alter[b] Aida, Dudo, Bodo[c], Wal[d], Haulf[e], Hildiwart[f], Ruodtag, Hitti, item Wal, Ratheri, Adalwini, Werinhart, Thiotrih[g], Ailwart, exceptis innumerabilibus, quos in captivitatem duxerunt.
Apr. 3. Rex[h] vero de Gallia rediens in Franciam[i] pascha caelebravit[k] in Franconofurt. Sclavi, qui vocantur Dalmatii,

a) aliosque 2. b) DCCCLXXIIII. 1; DCCCLXXVIII. 2 *(cf. a. 868)*. c) hiemps 3*c. e.* d) renus 3*c.* e) ludow. 3*e.* f) celebr. 1 *(in rasura)*. 3*c. d. F.* g) hluth. 2. 3*c. d. F*; luth. 3*e.* h) dicioni 3*d. e.* i) *deest* 1 *spatio relicto.* k) nortm. 3*c*; norm. 3*d.* l) residerunt 3*c. e*; resederunt 3*d. F.* m) p̄lio 1. n) nortm. 3*c.* o) ex sist. 1 *in duabus lineis.* p) thiotrith 2; thiothri 3*c.* q) marquart 3*e.* r) wicmannum 2. s) iterum 3*c. d. e.* t) thiothericum 1; theotherium 3*c*; thothericum 3*e.* u) gerricum 3*c. d. e. F.* v) luuitolfum 3*c*; liuutolfum 3*d*; luttolfum 3*e.* w) folcwardum 3*c. e.* x) thiothericum 1; thiothricum 3*c*; theothr. 3*e.* y) *deest* 3*e.* z) pret. 1. 3*e.* a) quorum — ailwart *des.* 3*c. d. e.* b) Alcer *F.* c) boto 2. d) Walh 2; Wal — item *des. F.* e) Aulf 2. f) Hiltiwart 2. g) thietrih 1; thiotrich *F.* h) Rex — franconofurt *des.* 3*c. d. e.* i) frantiam 2. k) celebr. 1. *F.*

1) *Cf. Dümmler III, p.* 130—134. 2) *Schelde; de pugna prope* Thimiun *(Thiméon) facta cf. Regin. chron.* 879. 3) *Cuius proelii locus non constat; diem Thietmarus II,* 23 (15) *ex Necrologio Merseburgensi, ut videtur, memoriae prodit; cf. Dümmler III, p.* 135—137. 4) *Mindensis.* 5) *Hildesheimensis.* 6) *Liutgardis.*

et Behemi atque Sorabi caeterique[a] circumcirca vicini audientes stragem Saxonum a Nordmannis[b] factam pariter conglobati[c] Thuringios invadere nituntur et in Sclavis circa Salam fluvium Thuringiis fidelibus praedas et incendia exercent. Quibus Boppo[d] comes et[e] dux Sorabici limitis[1] (cum Thuringiis)[f] occurrit et Dei auxilio fretus ita[g] eos prostravit, ut[h] nullus de tanta multitudine remaneret.

Carlmannus[i] frater Hludowici[k] et Karoli XI. Kal. April. obiit[2]. Mart. 22.

p. 394. *Hludowicus[l] mediante mense Augusto[3] apud Wor- Aug. matiam cum suis colloquium habuit et quosdam ex fidelibus suis obviam legatis nepotum suorum ad villam Gundolfi[4] transmisit, quosdam etiam contra Hugonem in[m] Gallia[n] tyrannidem exercentem destinavit. Heimricus[o] vero et Adalhartus[p, 5] et caeteri[q], qui cum eis erant, cum Thiotbaldo[r, 6] principe militiae[s] Hugonis, qui robur exercitus secum tenuit, iniere certamen, et ceciderunt multi ex utraque parte vulnerati. In quo conflictu Heimricus[t] cruentam obtinuit[u] victoriam. Cumque illi, qui de villa Gundolfi, et illi, qui de proelio[v] reversi fuerant, in unum convenissent, pari intentione cum filiis Hludowici[k] contra Buosonem[w] in Galliam pugnaturi perrexerunt et Madasconam urbem expugnantes Bernhardum[x], qui in ea principatum tenebat, in deditionem[y] accipiunt. Buoso vero fugiens ultra Rhodanum[z] fluvium in urbe Vienna se tutatus est.

a) ceterique 1. b) nortm. *3c.* c) congloberati 1. d) popo *3c*; poppo *3d. e. F.* e) et — limitis *des. 3c. d. e. F.* f) cum thur. *des.* 2. *3c. d. e. F.* g) *deest 3c. d. e. F.* h) ut — reman. *des. 3c. d. e.* i) karlm. 1. *3c. d.* k) ludow. *3e.* l) Ludow. *3e.* m) tyr. in G. exerc. 2; tyr. ex. in G. *3c. d. e. F.* n) in Galliam *F.* o) heimr. *corr.* heinr. 1; heinr. *3c. e. F*; henr. *corr.* heimr. *3d.* p) adalbertus *3e. F.* q) ceteri 1. *3c.* r) thietbaldo 1; thiothaldo *3e.* s) miliciae 2. *3d. e.* t) heimr. *corr.* heinr. 1; heinr. *3c. e. F.* u) optinuit 2. *3c. d. e.* v) p̄lio 1. w) b.osonem *3d erasa una littera;* Bosonem *F*; busenem *3e.* x) Bernardum *3d. F.* y) dedicionem 2. *3c. e.* z) ruodanum *3c*; rodanum *3d. e. F.*

1) *Successor Ratolfi a.* 874. *commemorati, frater Heinrici comitis.* 2) *Ita etiam Ann. necrol. Prum. et Necrologia S. Emmerammi, similiter Regino* (VII. Nonas Apr. *corrupte*); *magis tamen eis fontibus credendum esse, qui Carlmannum Sept.* 22. *mortuum esse tradunt, Dümmler III, p.* 138 *probat, qui falsum mortis nuntium iam ante mortem ortum et pervulgatum esse suspicatur.* 3) *Aliter Hincmarus:* Filii autem Hludowici quondam regis *(occidentalis regni)* . . . mediante Iunio apud Gundulfi villam obviam suis sobrinis venerunt. Ad quod placitum Hludowicus infirmitate detentus venire non potuit, sed pro se missos suos direxit; Karolus autem a Langobardia rediens, illuc venit. 4) *Gondreville.* 5) *Comes Mettensis, abbas Epternacensis* 876—890*; Dümmler III, p.* 144, *n.* 2. 6) *Hugberti abbatis a.* 864. *occisi filio, qui Hugonis sororem Bertham in matrimonio habebat.*

Nordmanni[a] in Gallia praedas[b] et incendia exercent et inter plurima loca et monasteria, quae depopulati sunt, etiam Biorzuna[c, 1], ubi pars maxima Frisionum[d] habita[ba]t[e], incendio concremarunt; et inde revertentes Noviomagum vallo firmissimo et muris circumdantes hiemandi sibi locum in palatio regis paraverunt. Quibus rex Hludowicus[f] cum manu valida occurrit et propter hiemis asperitatem et loci firmitatem rebus parum prospere gestis reversus est.

Hoc anno in Wormacense et in Nitense et in plurimis locis regni Hludowici[f] sterilitas frugum et omnium rerum penuria Germanicum populum non mediocriter afflixit.

881.

DCCCLXXXI.[g] Hibernum tempus valde prolixum[h] et animalibus diversi generis pernoxium. Nam tellus verno tempore glaciali rigore constricta animalibus solita negavit pascua, et illa fame et frigore maxima ex parte perierunt, etiam propter sterilitatem anni prioris.

Apr. 23. Rex post pascha in Galliam profectus Hugonem Hlotharii[i] ex Waldrata[k] filium ad se venientem in suum suscepit dominium et [ei] abbatias et comitatus (ei)[l] in beneficium dedit, ut ei fidem servaret. Sed ille pravorum usus consilio fidem mentitus regi molestus efficitur; quapropter regis exercitus illum persecutus in Burgundiam fugere compulit.

Rex cum suo nepote Hludowico[m] apud villam Gundolfi congruum habuit colloquium; inde transiens omne tempus aestivum[n] in Baioaria[o] moratus est. Nepos vero
(Aug. 3). illius cum Nordmannis[a, 2] dimicans nobiliter triumphavit; nam novem milia equitum ex eis occidisse perhibetur. At illi instaurato exercitu et amplificato numero equitum plurima loca in regione[p] regis nostri vastaverunt, hoc est Cameracum[3], Traiectum et pagum Haspanicum[q, 4] totam-

a) nortm. *3c*. b) predas 1. c) baiorzuna *3d. F.* d) frisonum *3c*; fresonum *3e*. e) habitat 1. f) ludow. *3e*. g) DCCCLXXVIIII. 2 *(cf. a. 868)*. h) prol. fuit *3d. F.* i) hluth. 2. *3c. d. F*; luth. *3e*. k) uualdrada 2. *3c. e.* l) abb. et com. ei 1; ei abb. et com. 2. *3c. d. e. F.* m) Hludwico *3d*; ludow. *3e*. n) est. 1. o) baioariam *3c*. p) regno 2. q) hasbanicum *3d. e. F.*

1) *Birten.* 2) *Prope Saucourt Aug.* 3; *cf. Dümmler III, p.* 153—156. 3) *Cameracus (Kammerich, Cambray) iam a.* 880. *vastata est; Dümmler III, p.* 149. 157. 4) *Pagus maior Hasbanicus, Haspen- seu Hespengau, ad sinistram Mosae circa Leodium. P.*

que Ripuariam, praecipua[a] etiam[b] monasteria, id est Prumiam[1], Indam[2], Stabulaus[3], Malmundarium[c·4] et Aquense palatium[d], ubi in capella regis equis suis stabulum fecerunt. Praeterea[e] Agrippinam[f] Coloniam et Bunnam civitates cum aecclesiis[g] et (caeteris)[h] aedificiis incenderunt. Qui autem inde evadere potuerunt, sive canonici sive sanctimoniales, Mogontiacum[i] fugerunt, thesauros[k] aecclesiarum et sanctorum corpora secum portantes. Rex apud Franconofurt gravi infirmitate laborabat et, quia ipse[l] non potuit, exercitum suum contra Nordmannos destinavit.

Tertio Kal. Ianuar. ante galli cantum Mogontiaci terrae motus factus est magnus, ita ut aedificiis[m] conquassatis vasa fictilia, sicut compositores luti fatebantur, invicem se conlidentes frangerentur. Dec. 30.

.395.

*882.

DCCCLXXXII.[n] Stella cometes XV. Kal. Febr. prima hora noctis apparuit comas suas supra modum spargens et rem infaustam, quae[o] cito secuta est, sua apparitione[p] praemonstrans. Nam Hludowicus invalescente morbo XIII. Kal. Febr.[q] diem ultimum clausit[5]; cuius corpus translatum et[r] in monasterio sancti Nazarii, quod dicitur Laurescham, iuxta patris sui tumulum sepultum[s] est. Quod audiens exercitus, qui contra Nordmannos[t] fuerat missus, ab expugnatione hostium desistens infecto negotio rediit. Quorum Nordmanni inde transeuntium vestigia secuti caetera, quae prius dimiserant, incendio cremaverunt usque ad Confluentem castellum, ubi Mosella Rhenum ingreditur. Murus Mogontiae civitatis[u] restaurari[v] coeptus[w] et fossa murum ambiens extra civitatem facta[x]. Ian. 18. Ian. 20.

(FINIS PRIMAE RECENSIONIS).

Nordmanni de sua munitione[y] egressi, Trevirensem urbem invaserunt et habitatoribus civitatis partim expulsis partim occisis totam in Nonis April. incenderunt. Quibus Apr. 5.

a) precip. 1. b) et. in eis mon. *3c. d. e. F.* c) mamuldarium 1. d) palacium *3d. e.* e) pret. 1. f) agripinam 2. *3d.* g) ęclis 1. h) *deest* 2. *3c. d. e. F.* i) magonciacum *3c. d*; mogunt. *3e.* k) *hinc incipit octavus quaternio codicis* 3. l) ipse ire n. p. 2. m) edif. 3. n) DCCCLXXX. 2 *(cf. a.* 868*).* o) que 3. p) apparicione 2. q) eiusdem mensis 2; deceƀ 3. r) *deest* 1. s) sepultus 3. t) nordmannus 3. u) urbis 2. v) restauriri 3. w) cęptus 1. x) hic finitur cod. 1. y) municione 3.

1) *Prüm.* 2) *St. Cornelius-Münster prope Aquasgrani. P.* 3) *Stablo.* 4) *Malmedy.* 5) *Cf. Dümmler III, p.* 164 *sq.*

(Apr. 10). Walah Mettensis[a] episcopus incaute cum paucis occurrens[1] occisus est[b].

Karolus imperator audito fratris sui obitu de Italia perrexit in Baioariam[2] et optimates, qui fuerant fratris sui, (Mai.). ad se venientes in suum suscepit dominium. Deinde Wormatiam veniens cum suis undique venientibus consiliatus est, quomodo Nordmannos de suo regno expelleret. Statuto itaque et condicto inter eos tempore convenerunt de diversis provintiis viri innumerabiles et omnibus hostibus formidandi, si ducem habuissent idoneum sibique consentientem, hoc est Franci, Norici, Alamanni, Thuringii atque Saxones; parique intentione profecti sunt contra Nordmannos pugnare cupientes. Quo cum *pervenissent, muni- *p. 396. tionem illorum, quae vocatur Ascloha[3], obsederunt.

(Iul.). Cumque iam expugnanda esset munitio et hi, qui intus erant, timore perculsi mortem se evadere posse desperassent, quidam ex consiliariis augusti nomine Liutwartus[c] pseudoepiscopus[4] caeteris consiliariis, qui patri imperatoris assistere solebant, ignorantibus iuncto sibi Wigberto[d] comite fraudulentissimo imperatorem adiit et ab expugnatione hostium pecunia corruptus[e] deduxit, atque Gotafridum ducem illorum imperatori praesentavit; quem 1. Reg. 20, 4. imperator more Achabico quasi amicum suscepit et cum eo pacem fecit, datis ex utraque parte obsidibus. Quod Nordmanni acceperunt pro omine; et ut pax ex illorum parte rata non dubitaretur, clipeum iuxta morem suum in sublime suspenderunt et portas munitionis aperuerunt[f]. Nostrates autem calliditatis illorum expertes eandem munitionem ingressi sunt, alii quidem causa negotiandi, alii vero pro loci firmitate consideranda. At Nordmanni ad consuetam calliditatem conversi clipeum pacis deponunt,

a) metensis 2. b) *codex* 3 *abhinc pergit:* Nordmanni ereptis, quas poterant, rebus (*v. infra p.* 107*); ea, quae sequuntur, usque ad a.* 887. *in uno codice* 2 *exstant.* c) liutuuardum *cod.; cf. p.* 103 *et* 106. d) uuicberto *cod.; cf. p.* 94, *n.* r. e) correptus *cod.* f) apparuerunt *cod.*

1) *Cum Bertulfo archiepiscopo Trevereusi et Adalhardo comite Mettensi Apr.* 10. *prope Remich ad Mosellam contra Nordmannos infeliciter pugnavit; Dümmler III, p.* 162. 2) *Huc usque codex secundae recensionis autographus videtur pertinuisse, cum auctor continuationis Ratisbonensis eam descripsit; v. infra.* 3) *Aschloha, quatuordecim a Rheno millibus distans, ad Mosam in vicinia Leodii et Traiecti sita erat; inde Struvius Hasselt, chronicon Gottwicense Elsloo intelligit; forsan locus ad confluentes Aschae et Mosae infra Leodium quaerendus,* loh *enim silvam significat. P.* 4) *Episcopus Vercellensis.*

portas claudunt et omnes ex nostris intus inventos aut occiderunt aut catenis ferreis ligatos ad redimendum servaverunt.

Sed imperator tantam contumeliam exercitui suo illatam flocci pendens praedictum Gotafridum de fonte baptismatis levavit et, quem maximum inimicum et desertorem regni sui habuerat, consortem regni constituit. Nam comitatus et beneficia, quae Rorich Nordmannus Francorum regibus fidelis in Kinnin[1] tenuerat, eidem hosti suisque hominibus ad inhabitandum delegavit; et quod maioris est criminis, a quo obsides accipere et tributa exigere debuit, huic pravorum usus consilio contra consuetudinem parentum suorum, regum videlicet Franco*rum, tributa solvere non erubuit. Nam thesauros aecclesiarum, qui propter
397. metum hostium absconditi fuerant, abstulit et auri purissimi atque argenti ad confusionem sui totiusque exercitus, qui illum sequebatur, libras $\overline{II}$. CCCC . XII eisdem dedit inimicis. Praeterea, quisquis de suo exercitu in defensione sanctae aecclesiae zelo Dei commotus aliquem de Nordmannis, qui castra invadere temptabant, occidit, aut eum iugulare aut ei oculos eruere praecepit. Unde exercitus valde contristatus dolebat super se talem venisse principem, qui hostibus favit et eis victoriam de hostibus subtraxit; nimiumque confusi redierunt in sua. Nordmanni vero de thesauris et numero captivorum CC naves onustas miserunt in patriam; ipsi in loco tuto se continent[a], iterum tempus oportunum praedandi opperientes.

Imperator inde transiens Mogontiacum venit et inde ad villam Tribure ibique per plures moratus est dies. Qui etiam Wangioni placitum habuit et parum utilitatis decrevit. Nordmanni portum, qui Frisiaca[b] lingua Taventeri[2] nominatur, ubi sanctus Liobomus[3] requiescit, plurimis (Nov.).
interfectis succenderunt.

Iohannes[4] pontifex Romanus decessit; in cuius locum Marinus antea episcopus[5] contra statuta canonum subrogatus est. Quidam Gregorius nomine, quem Romani super- (Dec. 15).
istam vocitabant, dives valde, in paradiso sancti Petri a suo collega occisus est, et pavimentum aecclesiae, per quam trahebatur, totum sanguine illius infectum.

a) continentes *cod.* b) frisiacam *cod.*

1) *Kennemerland.* 2) *Deventer ad Rhenum.* 3) *I. e. S. Liafwinus.* 4) *VIII.* 5) *Caerensis.*

*883. *p. 398.

(Apr.). DCCCLXXXIII.[a] Imperator Italiam petens apud urbem Veronam cum suis fidelibus de statu regni sui consiliatus est. Boppo et Egino[1] comites et duces Thuringiorum[b] inter se confligentes non paucas hominum strages dabant; in quo conflictu Boppo superatus vix cum paucis viris effugit caeteris omnibus occisis.

Gotafrid Nordmannus, qui superiore anno fuerat baptizatus, cum Hugone Hlotharii[c] filio foedus iniit eiusque sororem[2] duxit in coniugium. Unde idem Hugo audacior[d] effectus regnum patris sui suae dicioni subiugare studuit.

Imperator omne tempus aestivum mansit in Italia animosque optimatum regionis illius contra se concitavit. (Iun.). Nam Witonem[3] aliosque nonnullos exauctoravit et beneficia, quae illi et patres et avi et atavi illorum tenuerant, multo vilioribus dedit personis. Quod illi graviter ferentes pari intentione contra eum rebellare disponunt, multo etiam plura, quam ante habuerant, sibi vindicantes.

Mons quidam in Italiae partibus de loco suo motus in Athesin fluvium cecidit eiusque meatum interclusit. Hi autem, qui apud Veronam et in contiguis locis eiusdem fluminis habitabant, tamdiu utilitate illius carebant, donec idem fluvius per eundem montem quasi cavernulas faciens ad suum alveum rediret.


Nordmanni per alveum Rheni fluminis ascendentes plurima loca nuper restaurata succenderunt, praedam inde capientes non modicam. Quibus Liutbertus Mogontiensis archiepiscopus cum paucis occurrit; sed non paucos ex eis prostravit et praedam excussit. Agripina Colonia absque aecclesiis et monasteriis reaedificata et muri eius cum portis et vectibus et seris instaurati.

*884. *p. 399.

DCCCLXXXIIII.[e] Nordmanni Saxones invadere temptaverunt, quibus Heimrih comes et Arn episcopus cum manu valida orientalium Francorum occurrerunt. Consertoque proelio plurimi ex utraque parte ceciderunt; sed

a) DCCCLXXXI. *cod.; vide supra ad a.* 868. b) thuringorum *cod.* c) hluth. *cod.* d) audatior *cod.* e) DCCCLXXXII. *cod.; cf. a.* 868.

1) *Comes pagi Badanachgau ad Moenum siti; cf. Dümmler III, p.* 213. 2) *Gislam; cf. Regino* 882, *Dümmler III, p.* 206. 3) *Ducem Spoleti, Lantberti fratrem; Dümmler III, p.* 217.



tamen adiuvante Domino christiani optinuere victoriam. In quo certamine tales viri de Nordmannis cecidisse referuntur, quales numquam antea in gente Francorum visi fuissent, in pulchritudine videlicet ac proceritate corporum.

Imperator circa purificationem sanctae Mariae cum Febr. 2. suis colloquium habuit in Alsatia[a], in loco, qui vocatur Coloburg[1], et inde episcopos, abbates atque comites destinavit contra Nordmannos ad tuendas regni sui partes. Nordmanni non semel neque bis cum Heimricho dimicantes superantur et, ubicumque praedatum ire volebant, fugabantur, interficiebantur, Domino illis reddente, quod meruerunt. Tandem christianis in unum congregatis et munitionem illorum[2] expugnare cupientibus, illi timore perculsi noctu fuga lapsi sunt; quos Heimrich Rheno transito secutus et in quodam repertos loco centum duos ex eis absque detrimento suorum occidit.

Imperator mense Maio mediante placitum habuit Mai. Wormatiae[b] et inde tutores partium suarum contra Nordmannos destinavit. Venit etiam illuc filia Hlotharii[c, 3], a Gotafrido, cui tradita fuerat in matrimonium, ad imperatorem transmissa; quam imperator secum aliquanto retinuit tempore et ad maritum redire non permisit.

Imperator in terminis Noricorum et Sclavorum[4] cum .400. Zuentibaldo[d] colloquium ha*buit; inde in Italiam profectus cum Witone et caeteris, quorum animos anno priore offenderat, pacificatur.

Nordmanni cum Frisionibus in loco, qui vocatur (885. Ian. 6). Norditi[5], dimicantes superantur et plurimi ex eis occiduntur. Super quo proelio[e] extat epistola Rinberti episcopi eiusdem loci[6] ad Liutbertum Mogontiensem archiepiscopum destinata hunc modum continens[7]: . . . . . .

Karolus iuvenis rex Galliae in quadam venatione (Dec. 12). ictibus cuiusdam apri fertur occisus; re autem vera a suo satellite in eadem venatione non sponte vulneratus occubuit[8]. Unde Nordmanni, qui regnum illius praedis et in-

a) alisatia *cod.* b) wormaciae *cod.* c) hluth. *cod.* d) zuuent. *cod.* e) p̄lio *cod.*

1) *Kolmar; Dümmler III, p.* 221. 2) *Duisburg, ubi etiam hiemaverant; Mühlbacher nr.* 1633*d.* 3) *Gisla.* 4) *Autumno anni; cf. Contin. Ratisb. a.* 884 (prope Tullinam Monte Comiano), *Dümmler III, p.* 225. 5) *Norden in Frisia orientali; pagum hunc ad Bremensem diocesim pertinuisse docet Chron. Moiss. a.* 787 *(SS. I, p.* 298*).* 6) *Bremensis.* 7) *Hic epistolam insertam fuisse patet, a scriptore codicis nostri omissam. P.* 8) *Cf. Regin. chron. a.* 884, *Dümmler III, p.* 232.

cendiis longo tempore fatigaverunt, audaciores[a] effecti duodecim milia librarum auri et argenti ab illa regione tributi nomine exegerunt et tamen fidem pollicitam nequaquam servarunt. Nam et obsides occiderunt et a praedationibus minime cessaverunt.

*885. *p. 401.

DCCCLXXXV.[b] Idem Nordmanni pagum Haspanicum[c] invadentes caeteros in circuitu vicinos occupaverunt atque fruges diversi generis congregantes sibi ad hiemandum et inhabitandum quasi nullo resistente disposuerunt, viris ac mulieribus, quos invenire potuerunt, ad suum servitium reservatis. Quibus Liutbertus archiepiscopus et Heimrih comes aliique nonnulli insperate supervenerunt et plurimis prostratis caeteros in quandam munitiunculam fugere compulerunt, frugibus, quas congregaverant, sublatis. Cumque diu obsessi et fame fatigati manum conserere non auderent, nocte quadam fuga lapsi sunt.

Gotafrid[d] *Nordmannus, qui christianus effectus fidem *p. 402.
imperatori et christiano populo se servaturum esse sacramento firmavit, fidem mentitus exercitum non modicum de sua gente congregavit et per alveum Rheni fluminis ascendere et plurima loca suae dicioni subiugare disposuit; quod
Mai. dum mense Maio facere instituisset, Deo renuente perficere non potuit. Nam ab Heimricho aliisque fidelibus imperatoris ad colloquium[1] invitatus et infidelitatis correptus, cum eos convitiis variisque ludibriis exacerbaret, occisus est et omnes, qui cum illo erant, Domino illi condignam infidelitatis suae mercedem retribuente.

Nordmanni autem ab eo invitati nescientes, quod factum erat, in Saxoniam praedatum ire pergebant; quibus cum pauci Saxones occurrissent et tantae multitudini rebellare timuissent, terga verterunt. At illi longo spatio a suis navibus remoti, fugientes persecuti sunt, quasi eos essent comprehensuri. Interea Frisiones, qui vocantur Destarbenzon[2], quasi a Domino destinati parvissimis[e], ut eis est consuetudo, naviculis vecti supervenerunt et eos a tergo inpugnare coeperunt. Quod cum vidissent, Saxones, qui prius fugerant, reversi sunt et graviter eis repugnando in-

a) audatiores *cod.* b) DCCCLXXXIII. *cod. (cf. a.* 868*).* c) haspannicum *cod.* d) Godafrid *cod.* e) pravissimis *cod.*

1) *In insula Batavorum; cf. Regin. chr.* 885. 2) *Incolae pagi Testerbant (Seeland) ad Rhenum et Flevum lacum siti. P.*

sistebant, integratumque[a] est proelium ex utraque parte contra Nordmannos. Tanta denique in eos christiani caede bachati sunt, ut pauci de tanta multitudine relinquerentur. Quibus gestis idem Frisiones eorum naves invaserunt tantumque thesaurum in auro et argento variaque suppellectile repererunt, ut omnes a minimo usque ad maximum divites efficerentur.

Hugo Hlotharii[b] regis filius, cuius sororem praedictus Gotafrid duxit uxorem, insimulatus est apud imperatorem, quod eiusdem conspirationis Gotafridi contra regnum imperatoris fautor existeret. Quamobrem ad imperatorem[1] vocatus et noxa convictus lumine oculorum una cum avinculo[c] suo privatus est et in monasterium sancti Bonifatii apud Fuldam[2] retrusus finem suae habuit tyrannidis. Caeteri vero, qui cum eo erant, equis et armis ac vestibus spoliati vix nudi evaserunt.

Imperator cum suis apud Franconofurt colloquium habuit missisque Romam nuntiis Hadrianum pontificem invitavit in Franciam. Voluit enim, ut fama vulgabat, quosdam episcopos inrationabiliter deponere et Bernhartum filium suum ex concubina haeredem regni post se constituere; et hoc, quia per se posse fieri dubitavit, per pontificem Romanum quasi apostolica auctoritate perficere disposuit. Cuius fraudulenta consilia Dei nutu dissipata sunt; nam pontifex Romanus ab urbe digressus et Heridano flumine transito[3] vitam praesentem finivit sepultusque est in monasterio Nonantulas[4]. Quod cum imperator compperisset, contristatus est valde, eo quod in tali negotio voti compos effici non potuit. Post paucos vero dies Mogontiacum venit et inde Wormatiam; ibique cum episcopis et comitibus Galliarum habita collocutione in Baioariam profectus est ibique natalem Domini caelebravit. Dec. 25.

Romani pontificis sui morte comperta Stephanum in locum eius constituerunt. Unde imperator iratus, quod eo inconsulto ullum[d] ordinare praesumpserunt, misit Liutwar-

a) ingratumque *cod.* b) hluth. *cod.* c) aiunculo *cod.* d) *ita codex; legendumne* illum? *P.*

1) Ad Gundulfi villam *Regino.* 2) *Regino eum* in monasterio sancti Galli *missum,* inde postea in patriam *revocatum,* novissime temporibus Zuendibolchi regis in Prumia monasterio *manu sua tonsum esse memoriae prodit; cf. Dümmler III, p.* 241. 3) *Hadrianus, priusquam Padum attingeret, teste Vita Stephani* super fluvium Scultinna *(Panaro)* in villa, quae Viulzachara nuncupatur *(S. Cesario), mortuus est; Dümmler III, p.* 246. 4) *Haud longe a Mutina. P.*

tum et quosdam Romanae sedis episcopos, qui eum deponerent; quod perficere minime potuerunt: nam praedictus pontifex imperatori per legatos suos plus quam XXX episcoporum nomina et omnium presbyterorum et diaconorum cardinalium atque inferioris gradus personarum, necnon et laicorum principum regionis scripta destinavit, qui omnes unanimiter eum elegerunt et eius ordinationi subscripserunt.

*886. *p. 403.

Febr. DCCCLXXXVI.[a] Mense Februario exercitus orientalium Francorum missus est contra Nordmannos in Galliam iuxta Parisios consistentes[1]; qui in itinere propter imbrium inundationem et frigus imminens non modicum equorum suorum perpessi sunt damnum. Cum autem illuc pervenissent, Nordmanni rerum omnium habundantiam in munitionibus suis habentes manum cum eis conserere nec voluerunt nec ausi sunt. Igitur diebus quadragesimae et usque ad tempus rogationis[2] inani labore consumptis, excepto quod Heimrih quosdam extra munitionem inveniens occidit, equis et bubus plurimis inde sublatis redierunt in sua. Interea Hugo et Gozilin, abbates et duces praecipui
(Apr. 16). Galliae regionis, in quibus omnis spes Gallorum contra
(Mai. 12). Nordmannos posita erat, defuncti sunt[3]. Unde Nordmanni audaciores[b] effecti et de sua munitione egressi omnique regione potiti venationes et varios ludos nullo prohibente exercebant.

Optima pars Mogontiae civitatis, ubi Frisiones habitabant, post mediam quadragesimam mense Martio conflagravit incendio. Mense vero Maio, Iunio atque Iulio tanta vis imbrium diu noctuque sine intermissione caelitus lapsa est, ut nullus aevi praesentis tantam aquarum habundantiam se vidisse fateatur. Unde flumina in diversis locis intumescentia frugibus variis extitere pernoxia. Nam Rhenus alveum suum egressus cuncta loca sibi contigua ab ortu suo usque ad introitum maris omnibus frugibus et

a) DCCCLXXXIIII. *cod.; cf. a.* 868. b) audatiores *cod.*

1) *Qui a Novembri anni praeteriti urbem oppugnabant; cf. Dümmler III, p.* 259. 2) *Dies rogationum eo anno Kal. Mai. coeperunt, sed ex relationibus Abbonis et Annalium Vedast. Heinricum nonnullis diebus ante Gozlini mortem reversum esse necesse est; Dümmler III, p.* 266. 3) *Gozlinus abbas S. Germani et episcopus Parisiorum, qui catenus summa fortitudine et prudentia urbem defenderat, Apr.* 16. *de vita decessit, Hugo Turonensis abbas non multo post illum Mai.* 12; *Dümmler p.* 267.

lino et foeno evacuavit. Padus quoque in Italia similia fecisse perhibetur.

Mense Iulio imperator cum suis colloquium habuit in urbe Mettensi et inde[1] contra Nordmannos profectus est. Iul. Ubi[2] dum aliquanto tempore moraretur, Heimrih comes a suis desertus et ab hostibus circumdatus occiditur. Interea (Aug. 28). Sigifrid cum magna multitudine Nordmannorum caeteris, qui ibi residebant, auxilium laturus venit ac christianis magnum intulit metum. Unde imperator perterritus quibusdam per Burgundiam vagandi licentiam dedit, quibus- (Nov.). dam plurimam promisit pecuniam, si a regno eius statuto inter eos tempore discederent[3]. Ipse vero inde concito gradu in Alsatiam se recepit ibique per plures dies iacuit aegrotus[4].

404. *887.

DCCCLXXXVII.[a] Hiems aspera et solito prolixior; boum quoque et ovium pestilentia supra modum grassata est in Francia, ita ut pene nulla eiusdem generis animalia relinquerentur.

Imperator cum suis colloquium habuit in Weibilin- (Apr.). gon[5]; qui priscis temporibus, id est ex quo rex in Alamannia constitutus est, quendam de suis ex infimo genere natum nomine Liutwartum[b] supra omnes, qui erant in regno suo, exaltavit, ita ut Aman, cuius mentio facta est in libro Hester, et nomine et dignitate praecelleret. Ille enim post regem Assuerum erat secundus, iste vero prior imperatori et plus quam imperator ab omnibus honorabatur et timebatur. Nam nobilissimorum filias in Alamannia et Italia nullo contradicente rapuit suisque propinquis nuptum dedit. Qui etiam ad tantam devolutus est stultitiam[c], immo vesaniam, ut monasterium puellarum in Brixia civitate situm invaderet et per quosdam amicos suos filiam Unruochi comitis[6] propinquam imperatoris vi raperet suoque nepoti in coniugium daret. Sanctimoniales vero eiusdem loci ad

a) DCCCLXXXV. *cod.; cf. a.* 868. b) liutuuardum *cod.; cf. p.* 103 *et* 106. c) stulticiam *cod.*

1) *Ab Odone comite Parisiorum vocatus, qui clam ex urbe obsessa excesserat, ut ab imperatore auxilium peteret.* 2) *Carisiaci, unde Heinricum praemisit; ipse Octobri demum Parisios advenit.* 3) *Utrumque eisdem concessum esse Ann. Vedast. et Abbo referunt.* 4) Scletistat palacio *quattuor diplomata a.* 887. *Ian.* 15. *data sunt; Mühlbacher* 1693—1696. 5) *Waiblingen; cf. Stälin, 'Wirtemb. Gesch.' I, p.* 261, *n.* 6. 6) *Fratris Berengarii ducis; cf. infra Contin. Baiow.* 883. *et* 886, *Dümmler III, p.* 276.

preces conversae orabant Dominum, ut contumeliam loco sancto illatam vindicaret; quarum preces ilico exauditae sunt. Nam is, qui puellam coniugii[a] more sibi sociare disposuit, eadem nocte Dei iudicio interiit, et puella mansit intacta. Quod cuidam sanctimoniali nomine . . . e supradicto monasterio revelatum est, et illa caeteris indicavit.

Cum autem memoratus Liutwart talia in regno imperatoris per plures annos actitaret, tandem cenodoxia inflatus et philargiria caecatus fidem catholicam pervertere et redemptori[b] nostro detrahere laborabat, dicens eum unum esse unitate substantiae, non personae, cum sancta aecclesia credat et confiteatur eum in duabus substantiis unam habere personam. Quod quicumque nega-
Luc. 19, 10. verit, profecto blas*phemat eum, qui venit quaerere et sal- *p. 405.
vare, quod perierat: nisi enim esset verus Deus, non afferret remedium; nisi esset homo verus, non praeberet exemplum. Sed idem rex regum hoc anno concitavit animos imperatoris in blasphemum; qui habita cum suis conlocutione in
(Iun.). loco, qui vocatur Kirihheim[1], eum deposuit, ne esset archicappellanus, multisque beneficiis ab eo sublatis ut hereticum[c] et omnibus odiosum cum dedecore[d] de palatio expulit.

At ille in Baioariam ad Arnolfum[e] se contulit et cum eo machinari studuit, qualiter imperatorem regno privaret; quod et factum est. Nam cum idem imperator in villa
(Nov.). Tribure consedisset, suorum undique opperiens adventum, Arnolfus cum manu valida Noricorum et Sclavorum supervenit et ei molestus efficitur. Nam omnes optimates Francorum, qui contra imperatorem conspiraverant, ad se venientes in suum suscepit dominium; venire nolentes beneficiis privavit nichilque imperatori nisi vilissimas ad serviendum reliquit personas. Cui imperator lignum sanctae crucis, in quo prius ei fidem se servaturum iuraverat, per Liutbertum archiepiscopum destinavit, ut sacramentorum suorum non immemor tam security ferociter et barbare contra eum non faceret. Quo viso lacrimas fudisse perhibetur; tamen disposito, prout voluit, regno in Baioariam se recepit; imperator vero cum paucis, qui secum erant, in Alamanniam repedavit.

a) coniugi *cod.* b) redemptiori *cod.* c) hereticicum *cod.* d) decore *cod.* e) arnulfum *cod.*

1) *Kirchen in dextra ripa Rheni infra Basileam; de depositione Liutwardi cf. Dümmler III, p.* 280—284.

Nordmanni audita Francorum dissensione et imperatoris eorum abiectione plurima loca, quae prius minime tetigerant, vastaverunt. Ad Remensem quoque urbem venisse referuntur, sed Deus per merita sancti Remigii et monasterium extra civitatem positum et ipsam civitatem nebula densissima per trium dierum spatia[a] circumdedit, ita ut neutrum invenire nec saltem videre potuissent. Unde mente consternati pariterque confusi discesserunt[b].

ANNALIUM FULDENSIUM

CONTINUATIO RATISBONENSIS.

A. 882—897.

. 395. *882.

Nordmanni ereptis, quas poterant, rebus omnibus ac, quam pessime et visui horribilior erat, quibusdam locis et ecclesiis dimissis, quibusdam concrematis, reversi sunt in suam munitionem, quae circumsepta constabat secus litus Mosae fluminis loco, qui dicitur Ascloha, de Hreno miliaria XIIII.

Karolus quippe, cum audisset obitum fratris sui maioris, Pars III.
de Italia* per Baiowariam iter suum in Franciam direxit[1], placitum generale ad Wormaciam tenuit, receptis primoribus Mai.
ex[c] regno fratris sui mense Maiarum. Post haec praeparatis copiis ex omni suo regno, Longobardis,
. 396. *Alamannis Francisque secum assumptis ille ex occidentali parte contra Nordmannos, Baiowarii ex orientali Hreni fluminis usque ad Antrinacham[d] tandem se transmiserant. Ibi diviso exercitu Baiowarii cum principe eorum Arnolfo, Franci cum Heimrico missi manu cum valida ante regem et exercitum, ut quasi incautos et inaestimatos quandam[e] partem inimi-

*) *Manus saec. XII. in cod.* 3 *addit:* iam imperator factus.

a) spacia *cod.* b) *in hac voce desinit codex, pagina quidem absoluta, sed ultimis lineis plus solito condensatis, ita ut nihil deesse appareat. P.* c) & 3. d) antrinachá 3. e) quedam 3.

1) *Cf. supra partem tertiam.*

corum insidiis extra munitionem invenirent et caperent, secundum illum nobilissimum poetae versum volentes:

Quid moror, utrum armis contingat palma dolisve?

et ita factum foret, ni nostri muneribus corrupti, ut fama refert, de parte Francorum proditores essent et inpedirent. Sed tamen paucis occisis reversi sunt ad regem. Redeuntibus illis ilico rex arrepto itinere cum omni exercitu fines et munitionem Nordmannorum, ipsis cum eorum regibus, id est Sigifrido et Gotafrido, principibus Vurm, Hals intus inclusis occupavit; castra exercitus in circuitu prope civitatem fieri praecepit sicque per dies XII obsessam constrinxit.

Mira itaque res et stupenda obsidentibus et obsessis
Iul. 21. quadam die occurrit. Nam in XII. Kal. Aug. luce postmedia tenebrosa subito caligo tota castra operuit, fulgure et tonitruo concrepente instans talis grando, ut nullus antea mortalium se tale quid videre profiteretur; non, ut solitum est lapides descendere, plana et equali[a] superficie[b], sed cornuta et inequali et aspera facie omnibus cernentibus insolitum et magnum spectaculum praebuit. Mirabile et incredibile dictu, ut vel vix vel non grossitudo[c] eorum potuit pollice et medio circumdari. Nam et ita equi stupefacti, ut efractis sudibus et habenis partim extra castra, partim in castris *errore et stupore versabantur. Civitatis *p. 397
quoque, quam obsederant[d], propter impetum aeris magna pars corruit, ita ut una cohors coacervatim posset equitando[e] ingredi, nisi vallo, quod circumierat, suspensa constaret.

Igitur per tot dies obsidens tam magnus exercitus, aestivo in tempore propter putredinem cadentium hominum aegritudine correptus ac pertesus[f] est. Nec minus inclusi simili molestia premebantur. Consultum est ex utraque parte, ut datis ex nostra parte obsidibus Sigifridus[1] rex, qui manu validior erat, venit extra munitionem supra sex miliaria ad regem. Primum iuramento contestatus est ex illa hora et ultra usque, dum Karolus imperator viveret, numquam in suum regnum hostili praedatione iturus; dehinc christianitatem professus ipsum imperatorem patrem in baptismate adquisivit. Duos ibi dies laeti insimul versabant; tum remissis nostris obsidibus de munitione ipse e contrario cum maximis muneribus remissus ad sua. Munera

a) equale 3. b) superficię 3. c) crossitudo 3. d) obsiderant 3. e) aequitando 3. f) pertesum 3.

1) *Immo Gotafridus; cf. p.* 100 *sq.*

autem talia erant: in auro et argento duo mille libras et LXXX vel paulo plus; quam libram XX solidos computamus expletam. Ita compositis rebus regrediens etiam rex in Confluente castello cuncto exercitui amabilem licentiam redeundi[a] concessit.

Civile bellum inter Saxonibus et Thuringis exoritur, machinantibus Poppone fratre Heimrici et Eginone[b. 1] comitibus; magna post clade Poppo cum Thuringis inferior extitit.

In illis diebus redeuntibus Baiowariis domum magna et inmanis pestilentia in tota Baiowaria excrevit, ita ut sepe duo cadavera in unum tumulum sepelirentur. Rex autem morabatur in Germania et ante natalem Domini (Nov.). placitum habuit ad Wormaciam; ibi multiformis nuntiis Maravorum aliarumque gentium receptis et auditis compositisque rebus remeavit Alamanniam. Heimricus quippe missus est obviam Nordmannos[c]; ibi prospere, prout potuit, dispositis rebus, reversus est.

98. *883.

DCCCLXXXIII. Cesar in Alamannia natale Christi celebravit. Inde[d] paulatim iter suum ad Baiowariam dirigens pascha Domini honorifice Radaspona civitate mansit; Mart. 31. ibique habito conventu diversis rebus ab Italia auditis illuc reversus est. Igitur[2] Romae praesul apostolice sedis nomine Iohannes prius de propinquo suo veneno potatus, deinde, (882 Dec. 15). cum ab illo simulque aliis suae iniquitatis consortibus longius victurus putatus est, quam eorum satisfactio esset cupiditati, quia[e] tam thesaurum suum quam culmen episcopatus rapere anhelabant, malleolo, dum usque in cerebro constabat, percussus[f] expiravit. Sed et etiam ipse constructor male factionis concrepente turba stupefactus a nullo lesus nec vulneratus mortuus non mora apparuit. In cuius vice omni populo Romano unanimiter confortante Marinus, qui in id tempus Romana in urbe archidiaconus[3] tenebatur, ordinari compactum est.

Imperator obviam pape[g] pergit et illum loco nuncupante Nonantula prout merito honorifice suscepit. Ibi inter (Iun.).

a) redeunti 3. b) egino 3. c) nordmannis *corr.* nordmannos 3. d) In die 3. e) Cupiditati qui 3. f) percussus est 3. g) papē 3.

1) *Comite pagi Badenachgau; Dümmler III, p.* 213. 2) *Haec nimirum ea sunt, quae imperatori tum nuntiabantur.* 3) *Episcopum Caerensem eum fuisse alii tradunt; cf. supra Part. III. a.* 882. *et Dümmler III, p.* 124.

alia Wito comes Tuscianorum[1] reus maiestatis accusatur, quod ille profugus evasit. Sed tamen illa fuga totam Italicam terram timore concussit, quia statim manu cum valida gentilium de gente Mauritanorum federa firmiter pepigit. Perangarius vero consanguineus imperatoris[2] mittitur ad expoliandum regnum Witonis; quod ille quadam parte peregit, ex quadam peregisset, ni per corruptionem morbi ac infirmitatem exercitus sui reverteret. Etiam per totam Italiam humanum genus ita invalescente morbo affligebatur, ut in curtem et inter militiam vel ipsum regem hec miseria perveniret.

Iterum inter Popponem et Eginonem discordia cum crudeli bello concrepat; quorum Poppo, prout antea solebat, inferior extitit.

Heim*ricus, frater Popponis scilicet, cum Nordmanno- *p. 399. rum manum validam Prumiam venire cognoscit, usque eos, ut dicunt, nullo evadente cum suis[a] ad internitionem delevit; et ille vero vulneratus evasit.

884.

DCCCLXXXIIII. Reverso ad Alamanniam rege[b]
(Febr.). habitum est in villa, quae dicitur Cholonpuruh[c.3], generale conventum. Inde edictum est Baiowarios ad Italiam contra Witonem belligera manu proficiscere.

Quippe Pannonia magnum detrimentum patitur; cuius rei unde exordium narratur assumpsisse, stilo enucleamus. Igitur cum duo fratres, Willihalmus et Engilscalchus, terminum regni Baiowariorum in oriente a rege, id est seniore Hludowico, concessum contra Maravanos[d] tenuerunt multaque pro patria tuenda conflictando sudasse feruntur,
(871). tandem diem ultimum huius aeris in eadem voluntate finivere permanentes[4], non vero esset honor illorum filiis redditus, Arbo in[e] comitatum domno rege[b] concedente successit. Quod praedictorum virorum pueruli illorumque propinqui in contrarium accipientes vel vertentes[5] dixerunt alterutrum fieri, vel Arbonem comitem, si non recederet

a) *inter* suis *et* ad *unum vocabulum erasum* 3. b) regi 3. c) cholonpurun 3; *corr. Dümmler*. d) marauonos 3. e) *deest* 3.

1) *Dux Spoleti.* 2) *Berengarius marchio Foroiuliensis, qui ex matre Gisela nepos Ludowici Pii imperatoris erat.* 3) *Kolmar; Dümmler III, p.* 221. 4) *Cf. supra a.* 871. 5) *Verba* vel vertentes *voci* accipientes *ab auctore superposita, et a scribis demum textui illata esse videntur, ita et in sequentibus* vel genitalia *voci* verenda *etc. P.*

de comitatu parentum[a] suorum, vel se ipsos ante faciem gladii morituros. Hoc experimento Arbo concussus amiciciam iniit cum Zuentibaldo duce Maravorum gentis firmataque[b] inter illos foedera filium suum[1] obsidem fieri non tardavit. Nec minus ipsi praedicti pueri consulunt quosdam primores Baiowarici gentis collatisque propinquis ac undique copiis fortior manus in id tempus illis adstabitur; comitem a rege constitutum inhonorifice expellebant comitatumque illis in usum usurpaverunt. Hoc ergo factum est post obitum regis Hluduwici natorumque eius Carlmanni et Hluduwici, quorum successor frater illorum mini- (882).
100. mus *in regno extitit. Qui mox, prout antea tenuit, Arboni praedictum comitatum reddidit; sed tamen ex hac re contexta, ut praediximus, detrimentum Pannoniam sentire IIII versiculis prose intertextis ad suavitatem legentis, quonam modo hoc fieret, pandemus:

Omne dicit Iesus fieri non stabile regnum Luc. 11, 17.
In se dividuum et nil dissociabile firmum;
Hinc dolus, anxietas tibi, formosissima tellus,
Hinc labor exoritur, quondam Pannonia felix.

Igitur eodem anno, quo illi pueri praedictum comitem, id est Arbonem, a rege commendatorum exortem fieri honorum impetraverunt, Zwentibaldus dux Maravorum, plenum doli et astutiae cerebrum, non inmemor utriusque, quanta ab antecessoribus istorum puerorum cum gente sua, usque dum ad illos terminum Baiowariorum praetenderunt, passus sit mala, insuper etiam amicitie ac iuramenti, quae cum Arbone iniit pepigitque, ad hoc vindicare proficiscitur et perfecit. Nam de septentrionali parte Histri fluminis apprehenso Werinhario de pueris Engilscalchi, qui tres habuit, mediocri, Vezzilloni quoque comiti, qui illorum propinquus erat, dexteram manum cum lingwa et — monstrum simile — verenda vel genitalia, ut nec signaculo desistente absciderunt; homines vero illorum quosdam[2] sine dextra levaque reversi sunt. Exercitus scilicet iussu ducis igne devastat omnia; insuper ultra Danubium missis speculatoribus[c], ubicumque proprietas vel substantia praedictorum fit puerorum, igni tradita sine mora est.

a) parentorum 3. b) firmaque 3. c) spiculatoribus 3.

1) *Isanricum; cf. a.* 898. 2) *Accusativus pro nominativo; cf. a.* 886: ut . . . alias sedes concederentur *et* ut flexuras . . . nullo modo prospici poterint, *a.* 890: quem . . . appellatur, *a.* 891: ut . . . alveum amnis siccum appareret.

Hoc scandalum antefacti puerilis consilii spatio unius (883). anni sentitur; hinc equidem non confidentibus a rege pueris aliquid boni propter delictum, quod in Arbone[a] commisere, recesserunt statueruntque fieri homines Arnolfi, Carlmanni regis filii, qui tunc Pannoniam tenuit. Quo audito Zwentibaldus dux misit nuntios ad eum, ait illi: 'Inimicos meos sustentas; si eos non dimiseris, nec me tecum pacificatum habebis'. Alteram etiam occasionem adversus eum protulit: 'Tui homines in vitam meam nec minus in regnum meum dolose cum Vulgaris conciliaverunt', qui priore anno suum regnum vastavere, 'hoc volo mihi cum iuramento verum non esse contestari'; quorum neutrum unquam se facturum Arnolfus renuntiavit. Itaque dux non diu collectis ex omni parte Sclavorum copiis magno cum exercitu invadit Pannoniam, inmaniter ac cruenter more lupi mactat, igne et ferro maximam partem devastat, deterit et consumit, ita ut non inmerito istam ad miseriam hic versus conponi:

Hic patrie planctus simul et miserabile funus.

Quo acto dolore per antefactum puerile consilium spatio unius anni dux cum exercitu suo non lesus remeavit in sua.

884. Ceterum vero in*stanti anno, quo ista conputamus, *p. 401. iterum dux coagulata multitudine hostiliter in Pannoniam hostilem exercitum infert, ut, si quid antea remaneret, nunc quasi ore lupi per totum devorasset. Tanta enim multitudine in isto itinere pollebat, ut in uno loco ab ortu usque ad vesperum lucis exercitus eius preterire cernitur. Cum tanta enim multitudine in regno Arnolfi per XII dies exspoliando[b] versabatur, demum, prout voluit, prospere reversus est, postea quoque missa quadam[c] exercitus sui parte supra Danubium. Quod audientes filii Willihelmi et Engilscalchi, qui maiores natu erant, Megingoz et Papo, quibusdam Pannoniorum secum assumptis contra illos incaute venerunt; sed tamen pugnam certaminis iniere non utile, nam ad illos victoria concessit. Isti fuge presidium querentes Megingoz et Papo in flumine, qui dicitur Hrapa, vitam finivere; frater vero Berhtoldi comitis[1] cum aliis quamplurimis a Sclavanis tentus est. Attendant, iudicent[d] atque contendant detractores veri; et quibus huius suasoribus rei vel consilii primordia placuerint, placeant etiam subsequentia mala. Vituperavere autem pacem, qua con-

a) arbore 3. b) expolitando 3. c) quedam 3. d) indicant 3.

1) *Comitis palatii, de quo cf. Dümmler III, p.* 183. 294. 486.

servata Pannonia conservata est, qua vero viciata per spatium tantum isto continuatim tertio anno dimidio [1] instanti Pannonia de Hraba flumine ad orientem tota deleta est. Servi et ancillae cum parvulis suis consumpti sunt, primoribus quibusdam tentis, quibusdam occisis et, quod turpior erat, truncatis manu, lingwa, genitalibus remissis [a]. Haec enim omnia procul dubio geruntur sive per misericordiam sive per iram Dei; sed iram Dei iustam vindictam fieri appellamus, quae indubitanter non, nisi iusta sit, umquam evenire creditur.

Imperator per Baiowariam ad Orientem proficiscitur veniensque prope flumen Tullinam [2] Monte Comiano [3] colloquium habuit. Ibi inter alia veniens Zwentibaldus dux cum principibus suis, homo, sicut mos est, per manus imperatoris efficitur, contestatus illi fidelitatem iuramento et, usque dum Karolus vixisset, numquam in regnum suum hostili exercitu esset venturus. Postea veniente Brazlavoni duce, qui in id tempus regnum inter Dravo et Savo flumine tenuit suique miliciae subditus adiungitur, rex per Carentam [4] in Italia perrexit; prospere Papia natalem Christi celebravit.

885.

DCCCLXXXV. Proxima die sanctae epiphaniae ha- Ian. 7.
bito generali conventu Wito dux Spolitanorum, qui antea fuga ab imperatore lapsus est, cum iuramento excusavit se non esse reum maiestatis, ad fidelitatem regiam susceptus est.

Post obitum Karolomanni regis, qui tunc Galliam rexerat [5], cesar regnum ipsum adgreditur receptisque pri- (Mai.).
moribus et dispositis ibi rebus, prout voluit, remeavit in Franciam ad edictum placitum Wormacense obviam apostolico [6]. Sed dum ipse papa* iam medio itineris spatio foret, correptus celeri infirmitate expiravit. (c. Aug.).

*) *In margine codicis* 3 *m. saec. XII. add.:* Marinus papa ø.

a) remissi sunt 3.

1) *Ab anno igitur a.* 882. 2) *Tuln.* 3) *Kaumberg mons in fine septentrionali saltus Vindobonensis; cf. supra a.* 891, *Mühlbacher, 'Regesten' I, p.* 118 *sq.* 4) *Carinthia vel hodie Cárenten audit. P. Karolum per montem, qui dicitur Semmering, Italiam petiisse Mühlbacher nuper demonstravit; cf. 'Mittheilungen des Instituts für Oesterreich. Geschichtsforsch.' X, p.* 479, *n.* 1. 5) *Karlmannus a.* 884. *Dec.* 12. *mortuus erat; imperatorem etiam Apr.* 16. *Papiae moratum esse charta (Mühlbacher* 1651*) testatur. Cf. Dümmler III, p.* 234 *sq.* 6) *Hadriano III.; cf. partem III.*

Gotafridus rex accusatus, ut in regnum Francorum
(Mai.). cum Nordmannis consuleret, ab ipsis *etiam accusatoribus *p. 402
occisus est. Hugo filius Hlotharii incaute in regno imperatoris agens oculorum luce orbatus est.

Pax in Oriente inter Arnolfo et Zwentibaldo, praesentibus scilicet Baiowariorum principibus, iusiurando constare firmatur.

*886. *p. 403

DCCCLXXXVI. Natalem Domini imperator Radasbona celebravit. Inde invitatus ab apostolico Italiam petiit, Liutwardum episcopum Romam misit. Ibi multimodis rebus, prout conplacuit, dispositis inter alia summus praesul a rege interrogatus decrevit, ut episcopis, quorum parrochias[1] de incendiis gentilium vastate penitus apparent, alias sedes[1]
Mart. 20. eis non occupatae[a] concederentur. Die sancto palmarum seditio urbe Papia inter satellites regis et civibus infeliciter orta. Nam ex una parte multis occisis ex alia civium urbis multi vulnerati propter affinitatem imperatoris, qui tunc
Mart. 27. ad curtem Olonnam[2] pascha mansit, timore in fugam lapsi in via vitam finivere.

Post pascha habito generali Papia conventu imperator per Burgundiam obviam Nordmannos in Galliam, qui tunc
(Aug. 28). Parisios erant, usque pervenit[3]. Occiso ibi Heimrico marchensi Francorum, qui in id tempus Niustriam tenuit, rex parum prospere actis rebus revertitur in sua.

Discordia inter Perangarium cognatum regis, qui Foro Iuliense fruitur, et Liutwardum episcopum[4] oritur. Propterea Perangarius mittens Vercellinam urbem expoliare[b] ibique veniens multis rebus episcopi abreptis, prout voluit, reversus est.

Tempore autumni plus solitum inundationes aquarum excreverunt inestimate. Nam in Oriente erumpentibus per litus fluctibus villae inopinate circumdate subito feruntur, ita ut cum inhabitantibus viris, feminis, infantulis usque

a) occupatis *corr.* occupatae 3. b) expolitare 3.

1) *Accusativus pro nominativo positus; cf. a.* 884*:* homines . . . quosdam . . . reversi sunt *et infra.* 2) *Vicus ad occidentem Mediolani. P. Nunc Corte Olona; cf. Dümmler III, p.* 249. 3) *Imperator per Burgundiam in Alamanniam reversus mense Iunio in diocesi Strassburgensi, Iulio in urbe Mettensi, Augusto Attiniaci et Silviaci (Servais), Septembri Carisiaci moratus est; Octobri tandem Parisios pervenit, quo Heinricum praemisit. Cf. supra partem III.* 4) *Cuius nepos neptem Berengarii rapuerat.*

in abyssum deletae cernuntur. Inter Alpes vero talis rapacitas aquarum et collisio lapidum fuit, ut flexuras[1] et vestigia viarum per divexa montis latera nullo modo prospici poterint.

404. *887.

DCCCLXXXVII. Imperator Elisacia magna infirmitate adgravatur. Postea parum convalescens ad Alamanniam proficiscitur, vergens curtem Podomam[2] pro dolore capitis incisionem accepit. Transacto die sancto paschae habitum est placitum Weibilinga; ibi inter alia Berngarius ad fidelitatem caesaris pervenit magnisque muneribus contumeliam, quam in Liutwardo priori anno commiserat, componendo absolvit. (Febr.). Apr. 16.

Mortuo itaque Buosone[3] parvulus erat ei filius de filia Hludowici Italici regis; obviam quem imperator ad[a] Hrenum villa Chirihheim[4] veniens honorifice ad hominem sibi quasi adoptivum filium eum iniunxit. Alamanni contra Liutwardum episcopum dolose conspiravere, qui tunc maximus consiliator regis palatii fuit, et eum a presentia imperatoris omni honore privatum abire conpellunt. (Mai.). (Iun.).

Mox vero caesar gravissima infirmitate detentus est. Ab illo ergo die male inito consilio Franci et more solito Saxones et Duringi quibusdam Baiowariorum primoribus et Alamannorum ammixtis cogitaverunt deficere a fidelitate imperatoris nec minus perficere. Igitur veniente Karolo imperatore Franconofurt isti invitaverunt Arnolfum filium Karlmanni regis ipsumque ad seniorem eligerunt, sine mora statuerunt ad regem extolli. Karolus nitens bellum contra Arnolfum regem instaurare, sed non proficit; concussis timore Alamannis, quibus maxime negotium sui regni habebat commissum, omnes penitus ab eo defecerunt, ut etiam ministri ab eo defecti sub celeri festinatione ad Arnolfum regem se iunxerunt. (Nov.).

Karolus, dum se undique a suis desertum sentiret, nescius, quid sui causae consilium possit fieri, tandem munera ad regem direxit, exposcens sua gratia vel pauca loca
405. in Alamannia sibi ad *usum usque in finem vitae suae largiri; quod rex ita fieri concessit. Sed tamen ne hoc

a) a 3.

1) *Accus. pro nom.* 2) *Bodmen seu Bodman prope Constantiam, a qua lacus Bodamicus nomen accepit. P.* 3) *Ian.* 11*; filius eius ex Ermingarda Ludowicus a.* 890. *imperator factus est.* 4) *Kirchen infra Basileam.*

diu aput se retinuit; nam paucos dies locis a rege sibi concessis religiose morabatur, post Christi nativitate die
888. Ian. 13. Idus Ian. ultimum diem feliciter clausit. Et mirum in modum, usque dum honorifice Augensi ecclesia sepelitur, celum apertum multis cernentibus visum est, ut aperte monstraretur, qui spretus terrenae dignitatis ab hominibus exuitur, Deo dignus caelestis patriae vernula mereretur feliciter haberi.

888.

DCCCLXXXVIII. Rex Arnolfus urbe Radasbona receptis primoribus Baiowariorum, orientales Francos, Saxones, Duringos, Alamannos, magna parte Sclavanorum, natalem Domini et pascham ibidem honorifice celebravit. Illo diu
Mart. 7. morante multi reguli in Europa vel regno Karoli sui patruelis excrevere. Nam Perngarius filius Ebarhardi in Italia se regem facit; Ruodolfus vero filius Chuonradi superiorem Burgundiam apud se statuit regaliter retenere; inde itaque Hludowicus filius Buosoni[a] et Wito[1] filius Lantberti Galliam Belgicam necnon Provinciam prout reges habere proposuerunt; Odo filius Rodberti usque ad Ligerim fluvium vel Aquitanicam provinciam sibi in usum usurpavit; deinceps Ramnolfus[2] se regem haberi statuit.

His auditis rex Franciam peciit habitoque ad Franconofurt generali conventu disposuit adventare Wormaciam.
(Iun.). Quod vero Odo comperiens salubri utens consilio contestans se malle suum regnum gratia cum regis pacifice habere quam ulla iactantia contra eius fidelitatem superbire; veniensque humiliter ad regem[3] et gratanter ibi recipitur. Rebus ab utraque parte, prout placuit, prospere dispositis unusquisque reversus est in sua.

Rex contra Rodulfum Elisaciam progreditur; inde ad
(Oct.). eum *misso Alamannico exercitu ipse per Franciam Baio- *p. 406.
wariam reversus est. Rodolfus enim inito consilio cum primoribus Alamannorum sponte sua ad regem urbem Radasbonam[4] usque pervenit multaque inter illos convenienter adunata ipse a rege cum pace permissus, sicuti venit, ad sua remeavit.

a) *ita* 3; *cf. infra a.* 890.

1) *Wido II. dux Spoleti, filius Widonis I. et frater Lantberti I.; qui ex gente nobilissima Austrasiorum ortus tum regnum Galliae capessivit, sed, cum de Odonis electione audivisset, in Italiam rediit. Cf. Dümmler III, p.* 217, *n.* 2 *et p.* 313 *sqq.* 2) *Dux Aquitaniae.* 3) *Iulio aut Augusto; Dümmler III, p.* 321. 4) *Ubi chartae Oct.* 9. *et Nov.* 8. *datae sunt (Mühlbacher* 1755 *et* 1757*).*

Italiam equidem cum exercitu aggredi regi conplacuit, (Nov.). sed Perangarius, qui parumper antea cum Witone dimicans[1] cruenter tyranno, hoc praecavens, ne Italicum regnum cum tam valida manu ingressum[a] perperam pateretur, missis ante se principibus suis, ipse vero oppido Tarentino[2] regi se praesentavit. Ob id ergo et a rege est clementer susceptus, nilque ei antequisiti regni abstrahitur; excipiuntur curtes Navum et Sagum[3]. Exercitui itaque non mora licitum erat domum redeundi. Rex autem paucis secum assumptis Forum Iuliense penetrans curtem Corontanam[4] natale Domini celebravit. Tanta namque in isto itinere Dec. 25. consternatio equinorum cadaverum fit, ut vix umquam talis fieri memoria mortalibus traditum sit.

889.

DCCCLXXXVIIII. Liutbertus Magontinae urbis nobilis archiepiscopus ab hac vita migravit. Cuius vivendi (Febr. 17). ordo quali probitate maneret, per omnia longum est explicare. Tamen licet pauca, in quibusdam versiculis[5] breviter expediatur:

Largus erat multum, paciens humilisque, benignus,
  Omnibus exemplum in bonitate manens;
Hister qua fluitat currit Hrenusque bicornis[6],
  Litterulis doctis doctior ille fuit.

Grave igitur tempus hoc anno incanduit. Nam Italica febris tussiendo perplurimos vexabat, inundationes aquarum plus solito excrevere, civilia bella circumquaque regiones conquassantur, pestilentia sparsim ac fames inopinata ultra modum incubuit. Grandine vero contritis frugibus mortales

a) igressum 3.

1) *Pugna prope Brixiam circa mensem Octobrem commissa; cf. Dümmler III, p.* 324 *sq.* 2) *I. e. Tridentino; nam Arnulfus tum in Baioaria morabatur. P.* 3) *Locus explicatu difficilis, cui nec editores nec lexicographi lucem affuderunt. Navum nonnunquam pro stragulo diebus festivis equo imposito usurpatur, Berengario igitur regnum ea conditione relictum esse existimem, ut Arnulfi se vassallum profiteretur. Vassallus enim fundos (curtes) a domino accipit eique se festivitatibus et placitis (navo) aeque ac militiae (sago) paratum exhibere debet. Eandem conditionem Odonem Galliae regem subiisse supra vidimus et anno* 895. *videbimus. P. Ego eis assentiendum esse existimo, qui Navum et Sagum nomina locorum fuisse censent; cf. Dümmler III, p.* 325. 4) *Duo Arnulfi diplomata extant data in Carentano die* 26. *Decembris huius anni (Mühlbacher* 1759. 1760*). V. Cl. Fr. Xav. Richtero in litteris ad me datis referente hodieque haud longe a Klagenfurto viculus* Karnburg *extat, proxime campum* Zol- *sive* Saalfeld *(Mariasaal). P. Cf. Dümmler III, p.* 329. 5) *Quos edidit etiam Jaffé (Biblioth. rer. Germ. III, p.* 717*).* 6) *Cf. Aen. VIII,* 727.

inopiam frugum cum miseria patiuntur. Sed inter alia execrabile prodigium in regione Thuringorum[a] visum est. Namque e celo aqua, non ut solet pluvia stillatim descendere, sed coacervatim quasi fluens torrens irruit, per tres villas uno momenti ictu evulsis aedificiis, ter centum cadavera mortuorum inpulsione aquarum campo deiecta colligebantur.

Mai. Exeunte mense Madio rex apud villam, quae dicitur Forahheim, generale conventum habuit; ibique disputans de statu regni sui consultum est, ut eodem tenore primores Francorum prout Baioarii iuramento confirmarent, ne se detraherent a principatu vel dominatu filiorum eius, Zwentibulchi quidem et Ratoldi, qui ei de concubinis erant nati. (Iun.). Quod quidam Francorum ad tempus rennuentes, tandem regie satisfacientes voluntati dextram dare non recusabant, eo tamen modo, ut si de legali sua uxore heres ei non produceretur. Advenientibus etiam ibidem undique nationum legatis, Nordmannorum scilicet ab aquilone, Sclavanorum, pacifica optantes; quos rex audivit et sine mora absolvit. Inde itaque edictum est in exercitum ire ad (Iul.). Obodritos; sed antea placitum curte regia Franconofurt[1] haberi cum Francis regi conplacuit. *Perventum igitur est, *p. 407. (Sept.). sicuti antea dispositum erat, ad Obodritos cum maximo exercitu. Sed tamen ibi parumper rebus prospere gestis rex data exercitui licentia ad Franconofurt celeri festinatione reversus est; inde per Alamanniam paulatim transgrediens Baiowariam urbe Regino[b, 2] honorifice natale Dec. 25. Domini celebravit.

890.

Mart. DCCCXC. Mediante vero quadragesima rex Pannoniam proficiscens generale conventum cum Zwentibaldo duce loco, quem[3] vulgo appellatur Omuntesperch[4], habuit. Ibi inter alia prefatus dux ab apostolico[*, 5] rogatus regem enixe interpellabat, ut urbe Roma domum sancti Petri visitaret et Italicum regnum a malis christianis et inminenti-

*) *Manu saec. XII. in cod.* 3 *additum est:* Formoso.

a) thuringiorum 3; *cf. p.* 109. 115. 116. 122. b) regione 3.

1) *Ibi diplomata Iul.* 1. 6. 9. *data sunt (Mühlb.* 1771—1774*); cf. Dümmler III, p.* 335. 2) *Regensburg.* 3) *Accus. pro nom.; cf. a.* 884. 4) *Locus ignotus est; cf. Dümmler III, p* 338. 5) *Stephano VI.*

bus paganis ereptum ad suum opus restringendo dignaretur tenere. Sed rex multimodis causis in suo regno excrescentibus praepeditus quamvis non libens postulata denegavit. Post pascha mense Madio villa, quae dicitur Forahheim, Mai. cum suis conloquium habuit. Ibi ad eum filia Hludwici Italici regis[1] vidua Bosoni tyranni magnis cum muneribus veniens honorifice suscepta ac ad propria remissa est[2]. Rex ibi rebus dispositis, prout placuit, causa orationis in Alamannia Augeam Constantiamque pervenit; inde regrediens urbe Radasbona[a] natale Christi celebravit. Dec. 25.

Salomon Constantiae episcopus, vir vitae probabilis, (889. Dec. 23). obiit[3]; cui equivocus eius, Salomon iunior, tercius siquidem tunc eiusdem nominis vocabulo in sedem episcopus successit.

891.

DCCCXCI. Rex legatos suos pro renovanda pace ad Maravos transmisit. Embricho Regino urbe episcopus,

Vir paciens, humilis, sobrius fidusque manebat,

gravis etate feliciter diem ultimum clausit[4]. Ipsa vero (Iul. 14). civitas divina ultione mirum in modum subito incensa cum omnibus machinamentis, etiam ecclesiis IIII. Id. Aug. con- Aug. 10. cremata est, exceptis domus sancti Emmerammi martiris et ecclesia sancti Cassiani media urbe constituta ab igne divinitus defense sunt.

Nordmanni igitur fines occidentalium Francorum invadentes, quod ad defendendum[b] exercitus a Francia dirigitur; ibi Sundaroldus Magonciacensis archiepiscopus incaute illis occurrens[5] interfectus est, in cuius locum Haddo (Iun. 25). abbas Augensis cenobii, homo subtilis ingenii, antistes constituitur. Arnolfus ergo rex ob hoc ulciscendum in[c] Nordmannos cum Francis Alamannico exercitu inutile secum assumpto iter arripuit. Sed Alamanni quasi egrotantes a rege domum relapsi sunt; ipse cum Francis ad occiden- (Sept.). tem prospere profectus est. Nordmanni devastata ex maxima parte Hlotharici regni regione prope fluvio Dyla loco, qui dicitur Lovonnium[6], sepibus more eorum municione cepta

a) radaspona *corr.* radasbona 3. b) defendum 3. c) ita 3.

1) *Ermingarda.* 2) *Hoc anno priore, quo item mense Maio conventus habitus est, factum esse Dümmler III, p.* 332 *Muratorium secutus existimat.* 3) *A.* 889. *Dec.* 23; *Dümmler III, p.* 344. 4) *Iul.* 14; *Dümmler III, p.* 482. 5) *Ad torrentem Guliam (Geule) Iun.* 25; *cf. Regin.* 891, *Dümmler III, p.* 348. 6) *Loewen.*

(Nov.). securi consederunt. Ex inproviso enim rex et exercitus pervenere ad eundem locum. Transito igitur celeriter eodem fluvio nec mora meditatum est proelium applicari. Cunctanti namque regi, ne tam valida manus periclitaretur, quia interiacente palude ex parte una, ex altera circumfluente ripa non donatur facultas equitibus aggredi, oculis, cogitatione, consilio huc illuc pervagabatur, quid consilii opus sit, quia Francis pedetemptim certare inusitatum est, anxie meditans, tandem heros primores Francorum advocans sic alloquitur patienter: 'Viri, Deum recolentes et semper sub Dei gratia patriam tuendo fuistis invincibiles; inspirate animis, si ab inimicis quandoquidem more paganissimo[a] furentibus pium sanguinem parentum *vestrorum effusum *p. 408. vindicari recolitis et sacra sub honore sanctorum creatoris vestri templa eversa iam in patria vestra cernitis, ministros eciam Dei summo gradu consistentes prostratos videtis. Nunc, milites, agite, ipsos sceleris factores ante oculos habentes, me primum equo descendentem, signa manu praeferentem sequimini; non nostram, sed eius, qui omnia potest, contumeliam vindicantes inimicos nostros in Dei nomine aggredimur!' His incitati dictis, omnibus, senis et iuvenibus, par voluntas et audatia pedestre bellum aggredere datur; prius regem flagitantes, ut equitando eos procuraret, ne quid eis pugnantibus a tergo insidiis inimicorum timendum sit. Clamor a christianis in celum attollitur, nec minus pagani more suo clamantes[b], signa horribilia per castra movebantur[c]. Evaginatis gladiis ex utraque parte, ut lapis ferro, in invicem ad invicem occursum est. Erat autem ibi gens fortissima inter Nordmannos Danorum, quae numquam antea in aliqua munitione vel capta vel superata auditur. Dure certatum est; sed non in diu[1] subveniente gratia Dei victoria ad christianos concessit. Nordmanni fuge praesidium querentes, flumen, quod antea eis a tergo pro muro habebatur, pro morte occurrebat. Nam instantibus ex altera parte cede christianis coacti sunt in flumen praecipitari, coacervatim se per manus et colla cruribusque complectentes in profundum per centena vel milia numero mergebantur, ita ut cadaveribus interceptum alveum[2] amnis siccum appareret. In eo proelio cesi sunt duo reges eorum, Sigifridus scilicet et Gotafridus; regia

a) paganismo 3. b) suo succlamantes 3. c) movebuntur 3.

1) *I. e. mox. P.* 2) *Accusativus pro nominativo; cf. a.* 884.

signa XVI ablata et in Baioaria in testimonium transmissa sunt. Eodem in loco die . . . Kal.[a] . . .[1] letanias rex celebrare praecipit; ipse cum omni exercitu laudes Deo canendo processit, qui talem victoriam suis tribuit, ut uno homine[b] tantum occiso de parte christianorum compertum est, tanta milia hominum ex altera parte perierunt.

892.

DCCCXCII. Rex de Francia cum victoria in Alamannia, curte regia Ulma, honorifice natalem Domini celebravit. Inde Orientem proficiscitur, sperans sibi Zwentibaldum ducem obvium habere; sed ille more solito ad regem venire rennuit, fidem et omnia ante promissa mentitus est. Inde rex irato animo in Hengistfeldon[2] cum (Mart.) Brazlavone duce[3] colloquium habuit, ibi inter alia quaerens tempus et locum, quomodo possit terram Maravorum intrare; consultum est enim, ut tribus exercitibus armatis regnum illud invaderet. Rex[4] equidem assumptis secum Francis, Baioariis, Alamannis mense Iulio Maraviam[c] venit; Iul. ibi per IIII epdomadas cum tanta multitudine, Ungaris eciam ibidem ad se cum expeditione venientibus, omnem illam regionem incendio devastandam versabatur.

Missos etiam suos inde ad Bulgaros[d] et regem eorum Laodomir ad renovandam pristinam pacem cum muneribus mense Septembrio transmisit et, ne coemptio salis inde Sept. Maravanis daretur, exposcit. Missi autem propter insidias Zwentibaldi ducis terrestre iter non valentes habere de regno Brazlavonis per fluvium Odagra[5] usque ad Gulpam[6],

a) *ante et post* kł *spatium compluribus litteris vacuum relictum* 3. b) homini 3. c) marauam 3. d) bulgarios 3.

1) *Kal. Octobribus rex Traiecti (ad Mosam) morabatur. P. (Mühlbacher* 1814*); item Oct.* 9. iuxta Mosam fluvium *(Mühlb.* 1815*), ubi regem ante pugnam castra statuisse Regino tradit. Ex reliqua parte anni unum diploma exstat Oct.* 30. *loco ignoto datum (Mühlb.* 1816*).* Mense Novembrio *Nordmannos ab ora ad hiemandum Lovoniam petiisse Ann. Vedast. referunt; quibus iniuste, ut videtur, diffisus Dümmler (III, p.* 349*), qui etiam ante vocabulum* Kal. *lacunam esse ignorabat, pugnam in Kalendis Novembr. posuit. Ego eam paulo post Idus eiusdem mensis factam esse crediderim.* 2) *Hoc non urbis aut vici, sed campi cuiusdam prope saltum Hengstberg in media provincia Steiermark siti (fortasse 'das Grazer Feld' in aquilonali parte montis) nomen fuisse A. Chroust, 'Neues Archiv' XV, p.* 590 *sq. comprobavit.* 3) *De quo cf. supra a.* 884. 4) *Quem Febr.* 15. *Ottingae, Apr.* 3. *Iuvavi, Apr.* 25. *Ratisbonae, Mai.* 10. *Forchheimii, ubi conventus habitus videtur esse, Iun.* 30. *iterum Ottingae versatum esse chartis (Mühlb.* 1818—1822*) ostenditur; cf. Dümmler III, p.* 353 *sq.* 5) *Odra.* 6) *Kulpa.*

dein per fluenta Savi[a] fluminis navigio in Bulgaria perducti. Ibi a rege honorifice suscepti eadem via, qua venerant,
893. Mai. cum muneribus mense Maio reversi sunt.

Poppo dux Thuringorum[1] honoribus privatus est.

893.

DCCCXCIII. Ante quadragesimam rex per totam occidentalium Francorum provintiam monasteria, episcopatus causa orationis obibat. Engilscalchus[2] iuvenili audatia vir, qui post rapta de concubina regis filia ad tempus se Maravos exul contulit, post hec ad *gratiam regis non *p. 409.
longum veniens marchensis in Oriente efectus est. Ibi audaciter[b] contra primores Baioarie in rebus sibi summissis agens iuditio eorum, Radaspona urbe incaute palatium regis prolapsus nec regi presentatus, obcecatus est. Hinc etiam et Willihelmus filius patruelis eius[3] missos suos ad Zwentibaldum ducem dirigens[c] reus maiestatis habebatur, capite detruncatus est. Frater quoque eius[4] cum Maravanis exul delatiscens insidioso consilio ducis cum aliis quam plurimis interfectus est.

(Iul.). Arrepto itaque rex itinere[5] iterum regnum Zwentibaldi ducis ingreditur cum exercitu, maxima parte illius regionis expoliata propter insidias positas magna cum dificultate itineris in Baioaria ad reginam[6] curtem Otingam[7] reversus est. De qua ei non multum post filius nascebatur, quem Haddo Magonciacensis[d] archiepiscopus et Adalpero Augustae Vindelicae[e] episcopus sacro fonte baptismatis chrismantes nomine avi sui Hludawicum appellaverunt. Missi autem Formosi apostolici cum epistolis et primoribus Italici regni ad regem in Baioaria advenerunt, enixe deprecantes, ut Italicum regnum et res sancti Petri ad suas manus a malis christianis eruendum adventaret; quod tunc maxime a Widone tyranno affectatum est. Quos rex apud
(Sept.). urbem Regino[8] honorifice recipiens et cum muneribus postulata annuens abire permisit.

a) saue 3. b) audatiter 3. c) diriens 3. d) moconcianensis 3. e) videlicet 3; *corr. Freher.*

1) *Quo auctore Arn Wirzburgensis episcopus eodem anno expeditionem contra Bohemos susceperat, in qua occisus est.* 2) *Filius Engilscalchi marchionis saepius commemorati; cf. Dümmler III, p.* 362. 3) *Willihelmi fratris Engilscalchi maioris.* 4) Ruodpertus *in Ann. Alamann. dicitur; Dümmler III, p.* 361, *n.* 1. 5) *Iun.* 23. *Ratisbonae trium chartarum ultima data est (Mühlb.* 1838*); post quam nulla exstat ante Aug.* 21. *data.* 6) *Otam.* 7) *Ötting.* 8) *Ubi Sept.* 2. *diploma datum est (Mühlb.* 1840*).*

Hiemps aspera et plus solitum prolixa extenditur, ita ut mense Mart. nix in quibusdam locis per V dies mensura in profundo unum[a] pedem habere viseretur[b]·*.

894.

DCCCXCIIII. Sonitus tonitrui magni increpuit V. Kal. Febr.

Ipse mox in itinere positus natalem Domini curte regia Eibilinga[c]·[1] mansit; inde cum Alamannico exercitu Italiam intravit. Pergamum civitatem[2] primum cum comite (Ian.). Widonis Ambrosio sibi rebellem sentit. Ob hoc rex mente commotus iussit castra exercitus ipse adequitans in ambitus supra montem usque ad murum civitatis promoveri. Conserti sunt enim ita vesperascente iam die pugnantes, ut cetera pars noctis par obsidentibus et obsessis vigilandum erat. Aurora insurgente rex missarum solemnitate completa urbem ad expugnandum exercitum per circuitum distribuit[d]; ipse super verticem montis ad auxiliandum aggredientibus murum cum signis constabat. Mirabilis vigor animi utrisque datur et expugnandis et expugnatoribus; utrique[e] in acie ut murus inter eos constanter applicati sunt. In primo enim impetu pugnae talis sonitus ferientium per scuta lapidum datur sentiri, ut hominibus castra regis servantibus, quae ultra unum miliarium posita[f] erant, tonitruum simulabatur audire; maximis cum laboribus palatinis militibus[3] coram rege certantibus tandem ad murum usque perventum est. Scuta super se in modum tecti conducta sustollunt, murum antiquitus fundatum perfodere temptant, ut desuper miseri urbani lapidibus dolia plena incassum submittentes, lanceis periactatis ad ultimum propugnacula murorum conantes super eos proicere; omni nisu impulsu pectorum instantes Dei nutu murum usque ad fundamentum prolabi fecerunt. Fit a populo clamor forinsecus, perturbatio cum fuga intrinsecus; ex omni parte

*) *Hic scriba Altahensis (man. prim.) in margine codicis* 3 *adiecit:* Inde per Baiowariam maxima penuria vini facta, oves et apes perditae.

a) uno 3. b) visetur 3. c) regi a eibilinga *corr. m. saec. XII.* regia weibil. 3. d) *post hoc vocabulum in codice* 3 *quattuor folia exciderunt noni quaternionis interiora; ea, quae ibi desunt, e codicibus* 3c. e *suppleta sunt.* e) uterque 3e. f) positę 3e.

1) *Aibling.* 2) *Bergamo; cf. Dümmler III, p.* 374 *sq.* 3) *I. e. satellitibus regis; de quibus cf. Waitz, 'Verfg.' III, p.* 546 *sq., IV, p.* 610.

exercitus urbem invadendo ut turbo dispoliat. Ambrosius comes, auctor contentionis contra regem, quandam[a] turrim fugae[b] praesidium quaerens ascendit, sed non utile. Nam prae furore iudicio exercitus captus et[1] mox patibulo suspensus est; uxor vero eius et filii cum magno[c] thesauro regi praesentati sunt. Episcopus etiam eiusdem civitatis nomine Adalbertus ibi comprehensus est et Haddoni[d] episcopo servandus[e] conceditur. Hinc tantus terror totam Italiam invasit, ut maximae urbes, Mediolanium scilicet et Papia, sponte ad regem venientes se subdiderunt[f].

Primores itaque marchenses, qui fuerunt Italici regni, Adalbertus[g] videlicet[2] fraterque eius Bonifacius, Hildibrandus quoque et Gerhardus[h], regi se praesentavere. Sed praesumptuose se inbeneficari ultra modum iactantes omnes capti sunt et in manus *principum dimissi ad custodiendum. *p. 410.
Sed non diu rex hoc sustinuit; nam misericordia motus permisit eis absolutionem, iuramento ei fidelitatem promittere eis disposuit. Quorum duo, Adalbertus[g] et Bonifacius, fidem mentientes fuga a rege defecerunt.

Rex propter nimiam longitudinem itineris languescente
Mart. 31. exercitu usque Placentiam veniens reversus est pascha prope castello Eboregia[3]. Quod tunc et firmissimas clausas[i] obseratas desuper posito lapideo castello comes Widonis nomine Ansger[4] cum satellitibus Rodulfi regis de Burgundia ad hoc transmissis, ne via ibi redeunti regi daretur, obsessum defendebat. Rex namque per occupatam viam sine periculo suorum non posse expugnari sentiens, per viatores cum duro labore exercitus Alpes ascendens, propter magnitudinem exercitus per praerupta[k] saxi devians; cum magno periculo suorum mirum in modum cum[l] equis per praecipitium rupis quasi per murum a summo deorsum transilientes passim per scopulos[m], datis quibusdam gradibus quasi locus respirandi, in Augustam[n] vallem[5] tercio demum die prolapsi convenerunt. Rex ante se directo exercitu Rodulfum regem fugere compulit; ipse per superiorem Burgundiam in Alamannia curtem Chirihheim[o], regina sibi occurrente, se recepit.

a) quendam *3e.* b) fuga *3c. e.* c) maximo *3e.* d) hatdoni *3e.* e) sevandus *3e.* f) subdidissent *3c.* g) adelbertus *3e.* h) gehardus *3e.* i) clausa *3c*; clusas *3e.* k) prerumpta *3e.* l) *deest 3c.* m) scopula *3e.* n) angustam *3c. e.* o) chiricheim *3e.*

1) *Iussu regis; Dümmler III, p.* 375. 2) *Marchio Tusciae.* 3) *Ivrea.* 4) *De quo cf. Dümmler III, p.* 379, *n.* 2. 5) *Val d'Aosta, cuius introitum Eporedia regi praecluserat. P.*

Wormacia[a] habitum est generale conventum[1]; ibi (Iun.). inter alia Karolus puer indole iuventutis, Hludowici[b] Karoli de occidentali Francia regis filii filius, nepos regis, ad eum veniens, quem rex cum dilectione suscepit et absolvit.

Alamanni cum manu valida super Rodulfum regem cum Zwentibaldo[c] filio regis de concubina transmittuntur. Ille se defendens obiectione Alpium, Alamanni devastata magna illius regionis parte revertuntur in sua.

Wido Italici regni tyrannus morbo correptus obiit, cuius filius[d] Lantbertus eodem modo regnum invadendo affectatus est.

Zwentibaldus[c], dux Maravorum et vagina totius[e] perfidiae, cum omnes regiones sibi affines dolo et astucia perturbando humanum sanguinem siciens circumiret, ultimum hortando suos, ne pacis amatores, sed pocius inimici domesticis[2] persisterent, diem ultimum clausit infeliciter.

Avari, qui dicuntur Ungari, in his temporibus ultra Danubium[f] peragrantes multa miserabilia perpetravere. Nam homines et vetulas matronas penitus occidendo, iuvenculas tantum ut iumenta pro libidine exercenda secum trahentes totam Pannoniam usque ad internetionem[g] deleverunt.

Pax tempore autumni inter Baioarios et Maravos compacta est.

Missus Leonis imperatoris Grecorum[h] ad regem urbe Radasbona[i·3] Anastasius cum muneribus venit; quem rex audivit et eodem die absolvit.

895.

DCCCXCV. Fames valida per universam Baioariorum provinciam excrevit, ita ut per plurima loca inedia morte consumerentur.

Engildio[k] marchensis Baioariorum[4] honoribus privatus est; in cuius locum Liutpoldus[l] nepos regis subrogatus est. Hildigardis[m] filia Hludowici[b] Francorum regis contra fidelitatem regis agere accusata, inde publicis honoribus

a) Vormacia *3c. e.* b) ludowici *3e.* c) zuentib. *3c.* d) filia *3c.* e) tocius *3c.* f) danuuium *3e.* g) internicionem *3c.* h) graec. *3c*; grec. imp. *3e.* i) radisbona *3c.* k) engildieo *3c.* l) liutboldus *3c.* m) Hiltigardis *3e.*

1) *Ubi diplomata Iun.* 5. 6. 13. *data sunt (Mühlb.* 1847—1849*).* 2) *I. e. vicinis.* 3) *Ubi chartis testibus (Mühlb.* 1851—1853*) Aug.* 26. *et* 895. *Ian.* 1. *moratus est.* 4) *De quo cf. Dümmler III, p.* 393, *n.* 2.

deposita in Baioaria quadam insula palude Chiemicse[1] nominata inclusa est.

(Mai.). Convenientibus itaque[2] de toto Hlotharico[a] regno, Saxonia, Baioaria et Alamannia in Francia XX et VI[b] episcopis, curte Triburia magnus synodus habebatur, praesidentibus scilicet metropolitanis, Haddone[c] Magontinae[d] urbis archiepiscopo, Herimanno[e] Coloniae Agrippinae[f] urbis archiepiscopo, Ratbodo Treverensi archiepiscopo; multa quidem pro utilitate christianae religionis tractantes eademque statuta[g] memoria retinendum successoribus suis propriis capitulis scripta commendaverunt.

(Mai.). Regale equidem placitum Wormacia[h] habitum est[3]. Ibi Odo rex Galliae ad fidelitatem regis cum muneribus veniens ab eo honorifice susceptus et post paucos dies in sua, prout venerat, placabili licentia[i] reversus est. Zwentibaldus[k] ergo filius regis infulam regni a patre suscipiens in Burgundia et omni Hlotharico[l] regno receptis eiusdem regni primoribus rex creatus est.

*Per idem tempus magni terrae motus in plurimis[m] locis occidentalium Francorum visi sunt. *p. 411.

(Iun.). Legatos[4] Obodritorum curte regia Salz munera secum deferentes, ad regem pacifica optantes pervenerunt; quos rex, ut audivit, sine mora postulata annuens et abire permisit.

Avari terminos Bulgarorum invadentes ab ipsis praeventi sunt, et magna pars eorum exercitus interfecta est[5].

Iul. Mediante mense Iulio habitum est urbe Radasbona[n] generale conventum; ibi de Sclavania omnes duces Boemanorum[o], quos Zwentibaldus[k] dux a consortio[p] et potestate Baioaricae[q] gentis per vim dudum divellendo detraxerat, quorum primores erant Spitignewo, Witizla[r], ad regem venientes et honorifice ab eo recepti[s] per manus, prout mos est, regiae[t] potestati reconciliatos se subdiderunt.

Iterum rex a Formoso apostolico per epistolas et missos enixe Romam venire invitatus est. Rex vero, cum

a) hluth. 3c; luth. 3e. b) viginti et septem 3c. c) addone 3c; hatdone 3e. d) moguntinę 3e. e) hermanno 3e. f) agripinę 3e. g) statura 3c. h) vormacia 3c. i) liceucia 3e. k) zuentib. 3c. l) hluth. 3c; loth. 3e. m) in pl. in l. 3e. n) radisbona 3c; radaspona 3e. o) boemaniorum 3c. e. p) consorcio 3e. q) baioarię 3e. r) spiti gneuuo ui utizla 3c. s) receptis 3c. e. t) *hoc verbo lacuna finitur in codice* 3.

1) *Monasterio Frauenwört in lacu Chiemsee.* 2) *Mense Maio; cf. Dümmler III, p.* 395—406. 3) *Item mense Maio; Dümmler III, p.* 406—409. 4) *Accus. pro nomin.; cf. a.* 884. 5) *His verbis eadem pugna dici videtur, de qua infra ad a.* 896. *uberius narratur.*

consilio episcoporum suorum peticionibus suis satisfacere
decreverit, mense Octobrio de Francia et Alamannia in Oct.
Italia promovit exercitum. Venientes[1] quippe ultra Padum (Dec.).
ibi diviso exercitu Alamannos per Bolonniam ad Florenti-
nam urbem ire permisit; ipse cum Francis per superiores
partes Alpium[2] curtem, quae dicitur Turris[3], sic usque
civitatem Lunam[4] progreditur. Ibi natale Domini cele- Dec. 25.
bravit.

896.

DCCCXCVI. Igitur propter nimiam tempestatem aeris et immoderatam effusionem imbrium et ultra modum inundationibus aquarum omnis exercitus per divexa moncium cacumina impediti sunt, passim errando laboriose pervagatus[a]. Unde etiam maxima pestilencia equorum et plus solitum propter difficultatem itineris aggravando excrevit, ita vero, ut totus pene exercitus supellectile suum inconsueto more per sellatos more equitum boves trahebant. Ad hec interim malus rumor regem necnon exercitum commovit, Perngarium scilicet nepotem eius a fidelitate sua defecisse et in Italiam iam pro hoc reversum fuisse, Adalpertum, videlicet marchensem Tusciae, mutuis colloquiis Perngarii <adductum>[b. 5], ne aliquo modo ad regis fidelitatem intenderet.

His et talibus auditis rex gravi molestia totusque
exercitus maxima anxietate et penuria preoccupatus tan-
dem urbem Romam advenerunt. Super hec omnia novum (Febr.).
genus anxietatis exercitui occurrit. Nam adventantibus illis Ageldrudis vidua Widonis portas in circuitu murorum omnes serrando preoccupavit, ut omnibus pariter ad domum sancti Petri introitus denegaretur. Quod rex moleste accipiens in commune consilium cum omni exercitu ad ecclesiam beati Pancracii[6] convenit. Post solemnitate missarum celebrata rex exercitum unanimiter interrogavit, quid facto opus sit. Conveniunt omnes, cum lacrimis fidem promittentes, confessionem coram sacerdotibus puplice agentes; indicto unius diei ieiunio bello urbem expugnare in commune acclamatum est.

a) ꝑuagauatus 3. b) *deest in codicibus, a nobis suppletum.*

1) *Per Papiam et Placentiam.* 2) *Apennini montis.* 3) *Torre prope Berceto.* 4) *Luni prope Carraram; cf. Dümmler III, p.* 416. 5) *Eiusmodi verbum supplendum esse iam Rehdantz in versione thiudisca cognovit.* 6) *Ante portam S. Pancratii trans Tiberim sita est. P.*

(Febr.). Cunctantibus ergo cunctis redire in castra, rex murum prospiciendo circumibat; Dei nutu[a] subito inter obsessis et obsidentibus insperate contentio exoritur, concursus ex omni parte plebis, omnes vociferantes urbem bello expugnare, omnibus in pugna par voluntas. Nec mora, advenerunt murum, lapidibus defensores murorum depellunt, multitudo virorum portis se constipat; alii securibus et spadis portam et vectes ferratos incidunt, alii murum perfodiunt, alii per scalam muros ascendunt. Sicque Dei providentia firmissima et nobilissima urbs, nullo ex parte regis de tanto exercitu succumbente, iam vesperascente die nobiliter cum triumpho expugnata est, apostolico et urbe de inimicis liberato.

Omnis namque senatus Romanorum necnon Grecorum scola cum vexillis et crucibus ad pontem Malvium[1] venientes regem honorifice cum ymnis et laudibus suscipientes ad urbem perduxerunt[2]. *Iam apostolicus paterno amore *p. 412. diligendo regem ante paradisum loco, qui dicitur Gradibus sancti Petri, suscipiens et honeste ad basilicam beatorum principum apostolorum laetificando introduxit et secundum morem antecessorum suorum imperialem consecrationem coronam capiti sibi inponens cesarem augustum appellavit. Dispositis ibi multimodis rebus omnis Romanorum populus ad sanctum Paulum cum iuramento imperatori fidem promittentes. Iuramentum vero illud, ne quem lateat, hic inserere proposuimus: 'Iuro per hec omnia Dei mysteria, quod salvo honore et lege mea atque fidelitate domni Formosi papae fidelis sum et ero omnibus diebus vitae meae Arnolfo imperatori et numquam me ad illius infidelitatem cum aliquo homine sociabo; et Lantperto filio Agildrudae vel ipsi matri suae ad secularem honorem numquam adiutorium prebebo et hanc civitatem Romam ipsi Lantperto vel matri eius Agildrudae vel eorum hominibus per aliquod ingenium aut argumentum non tradam'.

Post haec autem Constantinus et Stephanus, qui maiores inter senatum erant, rei maiestatis[b] esse accusati sunt, quia cum Agildrude[c] prius urbem capiendam conspiravere; quos rex sine mora comprehendi et secum in Baioaria transferri precepit. Urbem vero ad suas manus custodiendam Faroldo cuidam vassallo concessit; ipse XV.

a) nuto 3. b) magestati 3. c) agildrudę 3.

1) *Ponte Molle.* 2) *Altero post expugnationem die, fortasse Febr.* 22; *cf. Mühlbacher I, p.* 698, *Dümmler III, p.* 420.

tandem die, postquam venerat, ab urbe digressus est, comperta denique Agildruda in civitate Spoletana morare; quam ad expugnandum mox iter arripuit. Sed antequam ad locum destinatum pervenisset, gravi infirmitate capitis detentus inperfectum reliquit et cum omni festinatione, parvulo filio suo nomine Ratolt, qui ei de concubina erat, ad fidem Italice gentis Mediolanium dimisso, per vallem Tridentinam mense Madio in Baioariam reversus est. Sed non multo post etiam filius eius, quem in Italia dereliquit, per lacum Cumensem[a, 1] ad eum reversus est. Post mortem etenim Waltfredi Foroiulii marchensis, qui multum fideliter ad imperatorem Veronam contendendo retinuit, ilico Perngarius regnum Italicum invasit et usque ad flumen Adduam quasi hereditario iure contra Lantbertum in participationem recepit. Maginfredus comes Mediolanensis a Lantperto filio Widonis capitali sententia interfectus est; filius eius atque gener oculorum lumine orbati sunt. (Mart.). Mai.

At Roma Formosus papa defunctus est die sancto pasche; in cuius locum consecratur Bonifacius, qui podagrico morbo correptus vix [XV dies][b] supervixisse reperitur. In cuius sedem successit apostolicus n[omine[c] Stephanus, vir fama infamandus, qui[2] antecessorem suum, Formosum videlicet, inaudito more de sepulchro eiectum et per advocatum suae responsionis depositum foras extra solitum sepulturae apostolicis locum sepeliri precepit.] Apr. 4. (897. Ian.).

Pacem ergo Greci eodem anno[3] cum Avaris, qui dicuntur Ungari, facientes; quod eorum concives Bulgari[d] in pravum vertentes hostili expeditione contra eos insurgunt et omnem regionem illorum usque portam Constantinopolitanam devastando insecuntur. Quod ad ulciscendum Greci astucia sua naves illorum contra Avaros mittunt ac eos in regnum Bulgarorum ultra Danuvium transponunt. Illi transpositi manu cum valida gentem Bulgarorum ingressi maximam partem cedendo neci[e] tradiderunt. Hoc audientes positi in expedicione Bulgari cum omni festinatione patriam deliberare ab infesto hosti recurrunt consertoque ilico proelio

a) cumense 3. b) XV dies *in spatio antea relicto eadem manu postmodum scripta sunt* 3. c) omine — precepit *in una linea vacua et dextro margine manu primitiva addita sunt* 3. d) pulgari 3. e) neti 3.

1) *Lago di Como.* 2) *In synodo initio a.* 897. *habita; cf. Dümmler III, p.* 426 *sq.* 3) *Ea, quae hic de pugnis inter Ungaros et Bulgaros commissis narrantur, minime* eodem anno, *sed inter annos* 893. *et* 896. *facta sunt; nuntius tantum uberior a.* 896. *demum per Lazarum episcopum in Baiovariam videtur allatus esse. Cf. Dümmler III, p.* 443—445. 451.

victi sunt; iterum pari tenore recuperare nitentes secundo caruere victoria. Tandem miseri, inscii, quam consolationis causam vel remedii potuissent invenire, currunt omnes ad vestigia vetuli illorum regis Michaelis[1], qui eos primum ad christianae religionis veritatem convertit, inquirentes, quid eis ab imminenti periculo evadendum consuleret. Qui indicto triduano ieiunio penitenciam de inlata christianis iniuria agere, dein auxilium a Deo querendum esse premonuit.
(895). *Quo[a] peracto durum iniere certamen; pugnantibus vero *f. 44 (quat. 10
ambabus acerrime partibus ad ultimum misericordia Dei
victoria quamvis *cruenta christianis concessa est. Quis *p. 413.
enim gentilium Avarorum strages tantis congressionibus[b] enumerando possit exponere? cum Bulgarorum, ad quos victoria concessit, numero XX milia equitum cesa inveniuntur[2]. Stipantibus denique isdem in partibus inter se con-
896. flictibus imperator Pannoniam cum urbe Paludarum[3] tuendam Brazlavoni duci suo in id tempus commendavit. Leo vero imperator Grecorum Lazarum quendam vocatum episcopum ad cesarem augustum cum muneribus transmisit;
(Nov.). quem ille apud urbem Radasbonam[4] gratanter accipiens paucos eum dies secum retinuit, tandem honoribus ditatum remisit in sua.

897.

DCCCXCVII. Cesar vero curte regia Otinga natalem Domini celebravit, advenientibus ibidem ad eum Maravorum missis, qui pro pace constituenda, ne exules eorum profugi reciperentur, ab imperatore flagitant; quos rex, ut audivit, absolvit et sine mora abire permisit. Ipse vero
(Ian.). habito generali conventu urbe Regino[5] propter gravitudinem corporis in Baioaria secretis locis hiemare disposuit. Fames valida per universam regionem Baiowariorum incubuit, ita ut multi inedia consumerentur.

Mai. Exeunte autem mense Madio habitum est placitum urbe Wormacia. Ibi inter alia Zuentibaldus filius imperatoris ad eum veniens; quem ille benigne suscipiens quibusdam primoribus suis, qui priori anno ab eo honoribus pri-

a) *hinc decimus codicis 3 incipit quaternio; cuius, ut libri autographi continuationum Altahensium, folia in margine notamus, capitula stellulis signantes.* b) congessionibus 3.

1) *Sive Bogoris.* 2) *Haec eadem pugna videtur fuisse, de qua supra ad a.* 895. *ex incertiore nuntio relatum est.* 3) *I. e. Mosaburg (= Moosburg).* 4) *Unde diploma Nov.* 20. *(Mühlb.* 1874*) datum est.* 5) *Cf. diplomata Ian.* 28. *et* 30. *inde data (Mühlb.* 1875—1877*).*

vati sunt[1], cum eo pacificatis ceterisque negotiis, prout potuit, ibidem inter se dispositis placabilem licentiam in sua redeundi donavit.

ANNALIUM FULDENSIUM

CONTINUATIONES ALTAHENSES.

A. 897—901.

897.

Curte[a. 2] vero Tripuria habito generali conventu[3] (Iul.). Fuldense cenobium causa orationis petiit. Quo peracto ad curtem, quae dicitur Salz, pervenit, advenientibus[b] ibi ad eum cum muneribus Soraborum missis, quos, ut audivit, absolvit et abire permisit.

⁜His ita expletis contigit, ut gentis Behemitarum duces ad imperatorem Arnulfum, qui tunc temporis civitate Radaspona moratus est, devenerunt, offerentes ei munera regia et sua suorumque fidelium suffragia contra eorum inimicos, Marahabitas [scilicet][c], postulantes, a quibus saepe, ut ipsi testificati sunt, durissime conprimebantur.
.44'. *⁜Quos[d] ergo duces rex imperator gratuito suscipiens, verbaque consolationis eorum pectoribus habundantius inseruit et laetabundos donoque honoratos patriam in suam abire permisit; totumque illius anni tempus autumnale finitimis in locis aquilonalibus Danubii Ymbrisque[4] fluminis sese sustentavit, hac etiam in ratione, ut, si supradictae genti necessitas auxilii sui immineret, paratus cum suis fidelibus existeret.

898.

⁜Postea vero anno incarnationis Domini DCCCXCVIII. inter duos fratres gentis Marahensium, Moymirum videlicet

a) *hinc manus secunda incipit* 3. b) *abhinc atramento atriore scriptum* 3. c) *inter lineas manu prima additum* 3. d) *pagina versus 28 sine lineis scriptos perhibet.*

1) *Quorum nomina Regino a.* 897. *praebet.* 2) *Abhinc codex* 3 *archetypi auctoritate fruitur; quam ob rem et foliorum eius numeros in margine notavi et, ubi auctor a linea nova incipiat, stellis indicavi.* 3) *Mense Iulio; cf. chartam inde Iul.* 14. *datam (Mühlb.* 1882*), Dümmler III, p.* 457. 4) *Regen.*

ac Zentobolchum, eorumque populum dissensio atque discordia gravissima exorta est; ita etiam, ut, si uterque alterum suis viribus insequi atque conprehendere valeret, capitalem subiret sententiam. ⁖Tunc vero rex imperator ista sciens marchiones suos, Liutbaldum scilicet et Arbonem comitem, una cum ceteris fidelibus suis parti, quae ad se spem ac confugium habuit, auxilium ad eorum liberationem protectionemque Bawarios suos primates transmisit. At illi in ore gladii igneque, prout poterant, inimicos suos humiliaverunt et devastando necaverunt. ⁖Istius ergo dissensionis et disruptae pacis inter supranominatos fratres Arbo comes Isanrico filio suo instigante instructor delatorque atque proditor esse convincitur et ob hanc causam praefectura sua caruit ad tempus; quam non multo post accepit.

*⁖Dein*ceps[a] autem quidam, qui erat quondam princeps *f. 45. *p. 414.
cum ceteris primoribus gentis Bawariorum, nomine Erimpertus[1], qui postea rebellis regi suisque extitit, a Priznolawo quodam Sclavo duce, qui et ipse imperatori fidus probatur, conprehensus dinoscitur et a Liutbaldo strenuo comite catena aliisque vinculis illigatus regi ad Rantes-
Dec. 25. dorf[2] est presentatus, Christi domini natale anni instantis finiente.

899.

⁖Iterum autem expeditione ordinata tempore hiemali Bawariorum principes cum suis fines Marahabitarum fortiter atque hostiliter invaserunt et manu valida loca illorum desertantes predamque colligentes domumque revertentes, habentes ea.

⁖Tum vero multis temporibus inauditum scelus et, quod non oportuit, facinus de regina Uota[b] divulgatum est, id est ut corpus suum inlecebroso ac iniquo manciparet
Iun. coniugio. Quod ipsum Radaspona urbe mense Iunio iuxta primorum presentium iudicium LXXII iurantibus difinitum comprobatur.

⁖Ipso[c] quoque tempore eiusdem magni et communis[d] civitate Regia placiti rex paralisy[e] solutus infirmatus est; ⁖secundum autem ut[3] regi nocuum quoddam a viris ac feminis daretur, ut inde paraliticus efficeretur. ⁖Quorum

a) *in hac pagina 26 versus sunt in lineis atramento atriore scripti* 3. b) ͦota 3. c) *abhinc atramentum lucidius.* d) *littera* s *humore exstincta* 3. e) *ita* 3.

1) *Cf. a.* 879. 2) *Ranshofen ad Oenum.* 3) *Loco* factum est autem eo quod. *P.*

unus vocabatur Graman, qui reus maiestatis convictus et ideo Otinga decollatus est, * alter vero fuga lapsus in Italia *f. 45'. latuit; *et[a] alia quoque femina nomine Ruodpurc[b], quae eiusdem sceleris auctrix deprehensa certa examinatione inveniebatur, Eipilinga[1] in patibulo suspensa interiit[c].

* Denique non post multum temporis Bawarii terminos Maraborum confidenter iterato intrantes et, quaecumque poterant, diripiendo populati sunt et Zentobolchum puerum, filium antiqui ducis Zuentobolchi suumque populum de ergastulo civitatis, in quo inclusi morabantur, eripuerunt ipsamque civitatem igni succenderunt atque in fines patriae suae pro misericordia secum abduxerunt.

* Interim autem Isanricus tyrannidem suam sine cessatione contra regem exercens. Quod vehementer rex accipiens decrevit navigio, quia iam tunc infirmus corpore fatigaretur, civitatem Mutarensem[2], in qua ipse Isanricus intus erat, aggredi; quod et factum est. Illo vero resistente, rege quoque et suis fortiter viriliterque superantibus atque civitatem obpugnantibus, demum ipse Isanricus vi conpulsus cum uxore et his, quae ad se pertinebant, exivit et imperatori sese presentavit. Tunc rex custodibus illum custodiendum commendavit, quatinus Radasponam produceretur. At ille timens, ne puniretur, fugam iniit et *f. 46. ad Marehenses usque confugit[d]. ** Quorum[e. 3] itaque adiutorio suffultus, ut prius, partem regni subripuit, eandem totum secum retinendo obtinuit.

Engilmarus Pataviensis episcopus obiit, in cuius locum (Iun. 12). Wihingus quidam Alamannus contra instituta patrum, prius Marahavensis ab apostolico destinatus episcopus, rege concedente successit. Sed non multo post a Deotmaro archiepiscopo[4] ceterisque suffraganeis suis contra voluntatem regis canonicali iudicio abiectus ac Rihharius ad eandem sedem episcopus in id ipsum tempus ordinatus est.

900.

DCCCC. Imperator urbe Radaspona diem ultimum (899. Dec. 8). clausit et honorifice in domo sancti Emmerammi martyris

a) 26 *lineae, quarum ultimae duae vacuae* 3. b) rŏdpurc 3. c) *post* interiit *nonnullae litterae exstinctae sunt.* d) *post hoc verbum duae lineae vacuae manserunt* 3. e) *abhinc tertia manus atramento atriore* 3.

1) *Aibling.* 2) *Mutaren Nibelungorum, hodie Mautern ad Danubium prope Gottwicum. P. Cf. Dümmler III, p.* 464. 3) *Hinc alius scriptor annales continuavit.* 4) *Salzburgensi.*

(Febr. 4). Christi[*] a suis sepelitur. Luduwicus filius eius, qui unicus
tunc parvulus de legali uxore natus illi erat, in regnum
successit. *Cuius frater de concubina Zuentipoldus nomine *p. 415.
Gallicanum[a] regnum secum retinens, res ecclesiarum crude-
litate sua inmoderate affectans, maxime crimen eo, quod
Ratpodo Treverensi archiepiscopo contra sacerdotalem hono-
rem baculo suo in capite percutiens intulit, a suis tam
episcopis quam comitibus omnibus desertatus est. Ipse
vero recuperare nitens cum paucis contra eos incaute di-
(Aug. 13). micans[b] vitam cum regno finivit[1].

Baiowarii per Boemanniam ipsis secum assumptis
regnum Marahavorum cuncta incendio per tres ebdomadas
devastantes inruperunt; tandem cum omni prosperitate
domum reversi sunt.

⁘Interim vero Avari, qui dicuntur Ungari, tota deva-
(899. Sept. 24). stata Italia, ita ut occisis episcopis quamplurimis Italici
contra eos depellare[2] molientes in uno prelio una die ceci-
900. derunt XX milia. ⁘Ipsi namque eadem via, qua intrave-
runt, Pannoniam ex maxima parte devastantes regressi
sunt.

Missos illorum *sub dolo ad Bavorios pacem obtando *f. 46'.
regionem illam ad explorandum transmiserunt. Quod, pro
dolor! primum malum et cunctis retro transactis diebus
invisum damnum Baiowarici regni contulit. Igitur ex in-
proviso cum manu valida et maximo exercitu ultra Ane-
sum[3] fluvium regnum Baiowaricum ostiliter invaserunt, ita
ut per quinquaginta miliaria in longum et in transversum
igne et gladio cuncta caedendo et devastando in una die
prostraverint. Quod ut comperentes ulteriores Baiowarii,
dolore compulsi econtra festinare disponunt; ⁘sed hoc Un-
gari precognoscentes cum his, quae depredaverunt, redie-
runt, unde venerant, ad sua in Pannoniam.

Interim vero quaedam pars de exercitu illorum de
aquilonali parte Danuvii fluminis partem illam devastando
prorupere. Quod ut Liutpoldo comiti compertum foret,
moleste hoc patiendum ferens, contractis secum quibusdam
primoribus Baiowariorum, uno tantum Pataviensis[c] sedis

*) atque pontificis *add.* 3c.

a) call. 3. b) dimicas 3. c) pattav. 3.

1) *De interitu eius cf. Dümmler III, p.* 501 *sq.* 2) *I. e.* debellare; *de hoc proelio cf. Dümmler III, p.* 507. 3) *Enns.*

episcopo comitante ultra Danuvium eos insequendum se transposuit. Consertoque ilico cum illis prelio nobiliter dimicatum est, sed nobilius triumphatum. Nam in prima congressione belli tanta Dei gratia christianis occurrit, ut mille CC gentilium inter occisos et, qui se in Danuvio (Nov. 20). merserant, perempti invenirentur[1]. Vix tantum unum de christianis occisum in apparatu belli inveniunt. [In[a] eodem loco post victoriam illis celitus datam congressi clamore magno] in celo inde Deo gratias clamantes ferebant, qui non in multitudine hominum, sed misericordiarum suarum pietate liberat sperantes in se. Tandem laeti post tantam victoriam[b] ad socios, unde venerant, regressi sunt et citissime in id ipsum tempus pro tuitione[c] illorum regni validissimam urbem[2] in littore Anesi fluminis muro obposuerunt. Quo peracto unusquisque redierunt in sua.

901.

DCCCCI. Generale placitum Radaspona[d] civitate (Ian.). habitum est. Ibi inter alia missi Marahavorum[e] pacem optantes pervenerunt; quod mox, ut petierunt[f], complacuit et iuramento firmatum est. Inde ob hoc ipsum Richarius episcopus et Udalricus[g] comes[3] Marahava[h] missi sunt, qui eodem tenore, ut in Baiowaria[i] firmatum fuit, ipsum ducem et omnes primates eius eandem pacem se servaturos iuramento constrinxerunt.

Interdum vero Ungari[k] australem partem regni illorum Caruntanum[l] devastando invaserunt[4].

Rex vero per Alamanniam, causas ibi disponendo, pascha Domini celebrandum Franciam[m] petiit. Apr. 12.

a) In — magno *eadem manu in margine inferiore addita sunt* 3. b) *hoc verbo fol.* 46' *clauditur; duo, quae sequebantur, folia fasciculi decimi intima exciderunt* 3; *quae illi desunt, in codd.* 3c. e *inveniuntur.* c) tuicione 3c. d) radisbona 3c. e) maravorum 3c. e. f) pecierunt 3c. g) waldaricus 3e. h) marahaha 3c; marahaa 3e. i) baioaria 3c. e. k) ungarii 3e. l) coruntanum 3e. m) frantiam 3e.

1) *Kalendar. Frising.:* XII. Kal. Dec. Ungarii a Baioariis perempti sunt die Iovis; *cf. Boehmeri fontes IV,* 587, *Dümmler III, p.* 515. 2) *Ennsburg.* 3) *Pagorum Linz- et Argengau, de quo cf. Dümmler III, p.* 341 *sqq.* 4) *Unde clade Apr.* 11, *ut videtur, accepta redierunt.*

ANNALES FULDENSES ANTIQUISSIMI.

Annales Fuldenses antiquos marginibus tabularum paschalium adscriptos olim G. H. Pertz in codice Vindobonensi nr. 460 *(tunc hist. prof.* 612*) invenit et, quantum eorum in membranis humore valde afflictis legere potuit, in MG. SS. I, p.* 95 *primum edidit. Deinde, cum eidem annales et ex codice Casselano olim Fuldensi saec. IX. in SS. II, p.* 237 *typis mandati et in Monacensi, olim Ratisbonensi S. Emmerammi nr.* 14641 *item saec. IX. inventi essent, idem vir doctissimus novam editionem in SS. III, p.* 116 *e tribus illis codicibus ita instituit, ut primo loco Casselani, quem antiquissimum esse censebat, secundo Vindobonensis, ad quem perquirendum etiam exempli ante centum viginti annos a Gentilottio scripti lectionibus usus est, tertio Monacensis plenum textum poneret.*

Sed post illum Th. Sickel[1] *Vindobonensem archetypum esse argumentis tam dilucidis demonstravit, ut nemini iam res in dubio relinquatur. Nam cum cyclorum decennovennalium, qui annos* 741—854. *complectuntur*[2], *tres tantum priores manu prima, quartus et quintus altera, sextus tertia quadam exarati sunt, tum annales ipsos usque ad a.* 780. *aut* 790. *eadem manus prima scripsit, quam exinde aliae complures excipiunt. Apparet igitur tabulas trium cyclorum intra annos primi cycli institutas et annales a primo librario usque in tertium cyclum productos esse, ita ut hi omnibus ceteris in Germania scriptis vetustate antecellant. Praeterea tabularum ratio nequaquam omnino eadem est, siquidem prima et secunda paginae octo versus cyclorum cum inscriptionibus rubris exhibent, tertia quintum versum, i. e. cyclum lunarum omittit, quarta et quinta titulis rubris et lineis carent et, quo latior margo adnotationibus historicis vacet, cyclorum versibus artiorem locum concedunt, sexta nihil nisi annorum incarnationis numeros et dies paschales continet.*

1) *'Forschungen z. Deutschen Gesch.' IV. p.* 454—461. 2) *Totus codex est quattuor foliorum, quorum fol.* 1' *annos* 741—759, *f.* 2 *a.* 760—778, *f.* 2' *a.* 779—797, *f.* 3 *a.* 798—816, *f.* 3' *a.* 817—835, *f.* 4 *a.* 836—854. *continet, prima et ultima paginae (f.* 1 *et* 4'*) vacuae sunt.*

Accedit, quod, ubi unius lineae spatium adnotationi non sufficiebat, reliqua verba non in ea, quae sequitur, sed in ea, quae antecedit, linea scripta sunt, nimirum ne rebus posteriore anno adnotandis locus praeriperetur.

Itaque quin codex archetypus sit, dubitari non potest; et, si integer servatus esset, alium profecto non desideraremus. Sed quoniam summo studio maximaque diligentia adhibitis ipse Sickel nigrarum quidem litterarum vix vicesimam partem vere se vidisse fatetur, Gentilottii quoque exemplar meliore tempore transcriptum ceterique codices in auxilium vocanda sunt. Illud, quod item Vindobonae servatur, V. Cl. Tangl benigne mihi descripsit, qui etiam codicem denuo examinavit; Ratisbonensis codicis novam collationem V. Ill. S. Riezler debeo. Maximam igitur fidem ea videntur habere, quae Sickel (S) et Tangl (T) ipsi legerunt, minorem ea, quae Pertz (P), cum cetera subsidia ignorabat, perspicere sibi visus est[1]*; sequitur Gentilottii (G) auctoritas, qui plurima eorum, quae nunc paene funditus exstincta sunt, integra vidit, sed non ea diligentia, quae nunc postulatur, minima quaeque curavit; ultimum accedit codicum Casselani (C) et Monacensis (M) testimonium.*

DCCXLII. †[a] Karolus dux[b] Francorum. 742 (741).

DCCXLIIII. initium[c] monasterii Fuldae[d]. 744.

DCCLIIII. passio[e] beati Bonifacii martiris[f]. 754.

DCCLXIIII. hic[g] hiemps dura. 764.

DCCLXVIII. †[h] Pippinus[i] rex obit. 768.

DCCLXXII. †[l] Karlmannus[m]. 772 (771).

DCCLXXIIII.[n] depositio Desiderii regis Langobardorum. 774.

DCCLXXVI. conversio Saxonum[o]. 776.

DCCLXXVIIII. obit[p] Sturmi abbas*. 779.

DCCLXXXV. Lul episcopus[q] obit[r]. Hartrat[s] et ceteri exiliantur[t]. 785.

*) et presbyter *add. M.*

a) *deest C. M;* † Karolus | d . x *legerunt S. T.* b) rex *C. M. G.* c) initi . . . *legerunt S. T.* d) Fulde *G.* e) passio beati *des. M (abscisa);* bonif . . . pas . . . *legit P,* passio b . a | . . bonif *S,* passio bea | ti bonif . cii *T.* f) bonifatii mar̄ *G.* g) *deest M;* h. h. d. *des. G;* d . r *leg. S,* dur *T.* h) *deest C. M;* † pip *legit T.* i) Pipinus *C. M.* k) obiit *C. G. P;* r. o. *des. M;* rex obit *leg. S. T.* l) *deest C. M. G;* † ka *legit S.* m) Karlomannus *M.* n) DCCLXXV. *C. M. G;* langobardorum . . . . . desideriu *legit P ad a.* 774; depositio desiderii re *inter lineas annorum* 774. *et* 775, gis langobardorum *supra illa scripta fuisse S (p.* 459*) dicit,* desiderii r. | . . . . . . bardorū *legit T.* o) saxorum *M;* saxonū *legerunt P. T.* p) obitus sturmi abbatis *C;* obit *abscisum M;* sturm *legit P,* obit stur | . i ab̄b *T.* q) *deest M;* Lul[ ] ob. *G.* r) obiit *C. M. G;* obit *legit S,* . . . s ob̄ h . . *T.* s) hic hartrat *M;* Harnat *G.* t) eriętil *ad a.* 784. *legit P,* . . . eri exil . . *S. T;* exiliati sunt *C;* exili *ceteris abscisis M.*

1) *Ea, quae Pertz, Sickel, Tangl legerunt, in apparatu cuncta adnotavi.*

790 (788). DCCXC. depositio[a] Desiloni[b] ducis.

791. DCCXCI.[c] initium ecclesiae[d] sancti[e] Bonifacii[f]; obit[g] Engilhramnus[h, 1], quando Karolus[i] fuit in Avarorum gente[k, 2].

793 (792). DCCXCIII.[l] malum[3] Pippini[m] et sociorum eius[n].

794. DCCXCIIII. IIII. Idus Augusti obit[o] Fastrata regina.

795. DCCXCV. quando[p] Karolus[q] rex sedebat[r] ad Eresburg[s].

799. DCCXCVIIII. Leo papa[t] fuit in Francia.

801. DCCCI. Karolus[u] rex a Romanis est appellatus augustus.

802. DCCCII. Ratger* electus est abbas[v].

804. DCCCIIII. iterum[w] Leo papa fuit[x] in Francia.

814. DCCCXIIII. Karolus[y] imperator bonus[z] obit[a].

816. DCCCXVI. Baugolfus abbas[b] obit[c].

818. DCCCXVIII. Egil[d] abbas[e].

819. DCCCXVIIII. dedicatio[f] ecclesiae[g] sancti[h] Bonifacii.

821. DCCCXXI.[i] dedicatio ecclesiae[k] Michilinstat[l] in Odtonwald.

822. DCCCXXII. Egil[m] obit. Hraban abbas**.

*) mira concordia . . . fratrum *add. C.*

**) *In codice M adduntur:*

DCCCXXXII. Hlu . . uui . . . adu . . . . ad f . . .

DCCCXXXIIII. Gregorius papa fuit in Francia, et depositus est Hludowicus imperator.

Item in codice C:

DCCCXXXVIII. Pipinus rex Aequitaniae, filius Hludowici imperatoris, obiit.

a) d. d. d. *manu prima ad a.* 788., *posteriore etiam ad a.* 790. *adscripta M;* dep . . . o . . | . . lo . . ducis *legit T,* lo . . . ducis *P ad a.* 789. b) dessiloni *M* 790; Defiloni *G.* c) DCCXCII. In. eccl. s. bon. qu. k. f. in av. g. obitus engilramni episcopi *C;* DCCXCI. . . . engilhramni. In. eccł fu . . . . DCCXCII. K. f. in av. ge . . . *M;* DCCXCII. Qu. K. f. Eng. In. eccl. s. B. *G; ad a.* 791. in avaros *legit P,* . n avaror . . *T; ad a.* 792. in sinodo . . . . Engilb . . . *legit P,* ini . . . eccl (? ?) *et infra ea* engi . ha *legit T.* d) ecclesie *G.* e) fu . . . *ceteris abscisis M.* f) bonifatii *C.* g) obitus *C, abscisum M; deest G.* h) engilramni episcopi *C;* engilhramni *M;* engilhanam *G;* engi . ha *T.* i) Karlus *M. G.* k) nte *abscisum M;* in Av. g. *des. G.* l) *totus annus deest G.* m) pipini *C.* n) rum eius *abscisa M.* o) obitus Fastrade reginae *C;* exitus Fastrate regine *G;* ob Fastrat *ceteris abscisis M.* p) *deest C. M.* q) Karlus *M;* qu. red. ad E. r. K. *G.* r) sedit *C;* redibat *G.* s) aeresb. *C;* apud e *ceteris absc. M.* t) *deest G;* adivit in Fr. *P.* u) Karlus aug. app. est *M.* v) R. m. conc. est fr. el. ad abbatem *C;* R. abbas electus *G.* w) item *C.* x) p. f. *des. M.* y) Karlus *M.* z) *deest C. M;* Karolus imperator bonus obiit *legit P,* bonus obit *T.* a) obiit *C. M. G. P; hic desinit C.* b) abba *M;* . . . g . . . m abbas obiit *P.* c) obiit *M. G. P.* d) Eigil *M. P;* Egil ab *legit T.* e) *abscisum M.* f) dedi . . . . b *ceteris omnibus abscisis M.* g) ecclesie *G.* h) dedicatio sc̄i bonif *legit P,* sc̄i bonif *T.* i) *totus annus deest G.* k) *abscisum M.* l) dedic̄ . . . . michi *ceteris abscisis M;* dedicatio eccl . . . Michi . . . . Odton . . . . *legit P, qui cetera supplerit.* m) Eigil a . . . hraba . . *ceteris abscisis M;* Egil ob *G;* Eigil obiit . . . . abbas *legit P,* Egil ob h *T.*

1) *Episcopus Mettensis; quem in ipsa expeditione contra Avaros facta mortuum esse Annales Laureshamenses (SS. I) memoriae produnt.* 2) *Prima forsitan verba* initium eccl. s. Bon. *scripta fuerint, deinde cetera, ubicumque aliquantulum spatii vacabat, adiecta; qua re factum videtur, ut in exemplis ordo verborum plane confunderetur.* 3) *I. e. coniuratio; haec nescio an ad a.* 793. *propterea relata fuerint, quod in superiore nihil spatii relictum erat.*

INDEX NOMINUM[1].

1) *Et in hoc indice et in glossario ea, quae scriptores ab auctoribus suis ad verbum transtulerunt, plane neglexi, ea autem, quae in additamentis librariorum inveniuntur, uncis quadratis inclusi; numeris paginae huius editionis significantur.*

GLOSSARIUM.

---

abyssus 115.
anathematizare 57.
apparatus belli 135.
arreptitius 39.

baptisma 122; baptismus 108.
baptizare 35. 42. 66. 100.
beneficium 64. 74.
bicameratum oratorium 48.
blasphemus 106.
boreales partes 42.

canonici 97, canonice 57, canonicale iudicium 133.
cappa presbyteri 52.
Caput montium villa, quam vulgus corrupte Capmunti nominare solet 51.
cardinales presbyteri et diaconi 104.
catholica fides 65.
census 89.
cenodoxia κενοδοξία 106.
chrismare 122.
cilicium 91.
circius 30.
circumquaque 117.
clausae 124, clusae 85.
comes palatii 47.
compendior via 88.
complices 55. 66.
concives, *vicini* 129.
conventus generalis 29. 33. 42. 43. 55. 78. 82. 89. 91. 113. 114. 116. 130. 131, conventum generale 110. 113. 114. 116. 118. 125.
corepiscopus 44.
curtis, *villa regia* 114—118. 122. 123. 124. 126. 127. 130.

dalmatica 86.
diaconibus 52. 65.
diadema 69. 86.
dissinteria, δυσεντερία 90.
dowina i. e. puella 62.

ebdomada 78. 82. 134, epdomada 121, hebdomada 28.
epiphania 75. 85.
ergastulum 70. 133.
exterminium 87.

falconibus ludere 70.

gentiles, *heiden* 110. 114. 130. 135.

historiographus 63.

inbeneficari 124.
incentor discordiarum 32.
infra, *intra* 50.
infula regni 126.
inorme fulmen 48.
ab invicem 32, ad invicem 80.
iusum, *deorsum* 68.

letaniae 31. 49. 51. 52. 71.
libra, quam XX solidos computamus expletam 109.
limes, *mark* 38. 51. 55. 59. 81. 95.
locustae 79.

Madio mense 118. 119. 129. 130, mense Maiarum 107.
manducare, *manger* 30.
mansio, *maison* 43.
marca 55, marchensis 114. 122. 124. 125. 129, marchio 132.
mediante mense 32. 95. 126, quadragesima 75. 118, mediantibus legatis 39.
metropolitani episcopi 72. 126.
monarchia 32.

Novembrio 65. 81.

Octobrio 74. 127.
octuaginta 84.
oratorium 48.
orthodoxi 44. 49.

pagani 49; paganissimo more 120.
palatium regis 56. 115, palatii comes 47, palatini milites 123.
paradisus, *vorhalle* 99.
paralisi morbo 83. 92, paralisy 132, paraliticus 132.
parroechia 27. 40, parrochia 114.
parvissimis (pravissimis?) naviculis 102.
pater, *taufpate* 108.
philargiria, φιλαργυρία 106.
placitum 35—38. 47. 48. 53. 64. 73. 77. 113. 118. 126. 130. 135.
podagricus morbus 129.
pollicita fides 102.
praefectus, *comes* 42. 43, praefectura 43. 57. 132.
primates 50. 54. 132. 135, primores 34. 132.
princeps militiae 65. 95.
procurator villae 52.
provincia, *comitatus* 42, *dioecesis* 72.
pseudoepiscopus 98.
pseudoprophetissa 37.

quaestionarius = *centenarius* 43.
quaestura 43.
quasi, *fast* 32. 37. 53.
quippe 38. 107. 110. 127.

sanctimoniales 97. 105. 106.
satelles 65. 90. 94. 101. 114.
scandalum 112.
scola Grecorum 128.
seculares res 82. 87.
sellati boves 127.
senatus, *primores* 39. 85.
senior, *dominus* 115.
Septembrio 62. 121.
siclus argenti 40.
signa aecclesiae, *glocken* 48.
solarium, *söller* 71.
solidus 109.
sophista, *philosophus* 35.
spada 128.
suffraganei 70.
supellectile 127.
superista 99.

talaris dalmatica 86.
texere, *narrare* 54.
theophania 29. 35.
theutonica lingua 89.
tonitruum 108. 123.

vassallus 36. 68. 73. 128.
ventilare 57. 72.
vermes quasi locustae 79.

zelus, ζῆλος 66. 99.

Annales fuldenses

Annales fuldenses; sive,
Annales regni Francorum

DD
3
.M82
v.7